Tametsi cõstitutiones satis, superq; doceãt nos, qualr iure pcessuri sumus, dum actiones incumbunt nobis, Tñ quia nonnunq;, fiebant dubia in processu ipso etiã apud iuris doctos, practicã tamẽ eius non habẽtes, Quapropter Sacra Maiestas post descriptam terminorꝝ conseruationem, mandauit describi cõmunẽ in re iudicata, eiusq; executione, practicam infrascriptam.

¶ De re iudicata.

Rem iudicatam duobus modis scimus, Jure obtineri: aut enim fit, per sentẽtiam diffinitiuam: aut dum citatus, in termino peremptorio, in lucro condempnatur

¶ Ad idem.

Si per sententiã diffinitiuã: tunc fit etiã dupliciter: aut fit p̃ sens citatus, circa iudicium: aut fit absens, sed p̃ procuratorẽ cum procuratorio sententiã diffinitiuã, contra se, iure decernente, scit reportari. Si presens erat citatus contra quẽ sententia diffinitiua promulgatur Tunc: aut satisfacit, vt iuris

ē.rei iudicate:aut rebellis a iudicio.absq; paricione.recedit. Si satisfacturus:aut sentētie pariturus erit.faciet istud cō mode:aut per caucionē fideiussoriale:aut per certam inscriptionis obligationē:aut per bonorum obligationem.

¶ Ad idem.

Si autē rebelliter.a iure recedit.nulla satisfactione rei iudicate.aut paricione facta:extunc per actorē.ꝺēpnatur in pena trium marcarum.que dicitur Pyathmodzestha parti: et alia pena simili iudicio.Propter quā rebellionē rei iudicate. q; iure conuictus.non satisfecit.sed a iure rebellis recessit cō dempnatur vno et eodē actu.Regie Maiestati in pena quatuordecim marcar.q; ꝺr Szyedmodzestha.Et ministerialis datur de iudicio.ad pignorādum eundem conuictum in bonis suis:in perlucris et penis suprascriptis.

¶ Ad idem

Aduenīente tandem.proxime futurorū aliorū terminorū tpe: actor corā iudicio.ministerialē statuet.et recepta a ministeriali.recognitione:petit iterum dari ministerialem ad intromissionem.Cui petenti datur idez ministerialis.in perlucris ad intromissionem in bona conuicti.

¶ Ad idem

In alijs proxime futuris.terminorum iudicijs.tanquā in vltimo.et finali termino.si ministerialis corā iure recognoscet q̄a intromissio ad quā fuerat.per iudicium aditus.denegata fuit:tunc primum datur.ad brachium Regale:et de illo iudicio.vbi causa agebatur.remittitur actor:et cōuictus cum suis perlucris.p lras executoriales:ad loci Capitaneum.ad intromittendum eum.de brachio Regali

¶ Ad idem.

Si āt citatus nō ē pns.circa iudicium.sed suus procurator: cum pcuratorio.dum sentētia diffinitiua.cōtra ipm pmulgatur:tunc insup.fit vnus terminus essentialis.videlicet cō citatiōis Quē in aliquib⁹ Terris regni sic interptantur vulgari.vti latinum sonat.In alijs vero dicitur vulgari nostro Przyporvijeszonij.ad satisfaciēdum p re iudicata.seu plucratis.et iure acquisitis.ea ratione.q; fortasse nollet scire cō victus.in iudicio absens de re iudicata Ideo concitatio.ad b

Differentia processus in obseruatione terminorum et reiudicata.

est in terminos iudiciorum introducta, tãquã monicio, et auisatio (vt ille q̃ est conuictus, et cõtra quẽ absentẽ, sed p̃ procuratorem suum ꝓparentẽ, in sui absentia, sentẽtia diffinitiua prolata fuit) pareret rei iudicate, et p̃ cõuictis satisfaceret

¶ Ad idem

In q̃ concitationis termino, si cõparet, ꝺcerni ꝓsueuit, vt rei iudicate satisfaciat: satisfacere ãt ꝺz sic vt p̃us ẽ ꝺescriptum

¶ Ad idem

Et si rebellis recedit: extunc cõdemnetur vt prius, contra rebellem est ꝺescriptum. Et fit processus in Executione rei iudicate, vt supra scriptum ẽ, ad brachium vsq; Regium: ꝺe quo infra videbitur

Item pcessus fit aliomodo et in terminorum obseruatione et in reiudicata

IN Terris nonnullis Regni Polonie, in quibus termini iudiciorum terrestriuz, fiunt singulis quatuor septimanis, plures dilationes fiunt, processusq; lõgior fit iuris, Sic. qr duo termini, simplici infirmitate, p̃ dilationem cõceduntur, Sz expletis eis ꝺẽ duobus terminis, simplici infirmitate prorogatis, alij termini, put ꝺe vera infirmitate, et maiori, ceterisq;, vt supra scriptum ẽ, ꝺe terminorum cõseruatione, vsq; ad sentẽtie diffinitiue ,plationẽ, et prime pignorationis ꝺecretuz, obseruãtur, Attamẽ in eo fit itez ꝺifferens, pcessus q; in illis terris, in q̃bus singulis quatuor septimanis termini iudicãtur: ter datur ꝺe iudicio, ad pignorationem successiue, Silr ter ad intromissionẽ datur: et postea remittitur ad brachium regale ad loci Capitaneum ꝺe q̃ infra

Qualiter Capitanei Locorum procedant. brachiũ Regale extensuri, in de mãdatione executionis rei iudicate, seu perlucrorum. pia Maiestas Serenissimi domini Alexandri Regis, ordine infrascripto docebit

17 3

A primo processu Regalis brachij. Loci Capitaneus. sub cuius iurisditione. pars victa esset pro prima vice. cum parte victore rē iudicatā. seu plucra. in scripto sibi representati: aut cum suo procuratore. ministerialē. cum duobus nobilibus. ad bona ptis iure cōuicte. diriget. et presertim ad talia bona. sup: q̄bus plucra cēsentur esse iure obtenta. seu vt in stilo iuris nr̄i. dici ꝙsueuit pducta. et sup q̄bus ꝓcessus iudiciarius. videlicet pignoris: et intromissionis. cōtinuabatur. Qui quidē ministerialis. veniens ad bona hmōi Si in eisdē fuerit pn̄s dn̄s loci. videlicet iure ꝙuictus: aut suus officialis: vel ꝙ ladari⁹ illoꝝ bonoꝝ: et cora Rmethombus. iuxta ꝙtinētiam: et exigētiā plucroꝝ. victorē in ipsius plucris. de brachio Regali auctoritate Capitanei loci. cora nobilibus intromittet: dabitq; ei intromissionem realē: et obedientiā Rmethonum ꝙsignabit: inhibendo iure cōuicto. q; nō audeat victorē decetero: in possessione: et intromissione. istomodo sibi data: impetere: et inuadere. q̄uismodo. sub vadio. M. M. quod vadium fit litterale. sb̄ titulo loci Capitanei. summā fere similē plucroꝝ nō excedēs. In q̄bus intromissis bonis. victorē intromissum. iuxta ꝙsuetudinem relinquet: aut saltem eamipsam possessionem sibi tradet Que de brachio regali intromissio ꝓ ꝑma vice facta: et vadij interpositio. ex recognitione ministerial'. et Nobiliuꝝ in actis Castren̄. debet modo: et ordine iuris recognosci. Als reponi et acticari sufficiēter. vadium tandē illud. etiā si ꝓ scōa vice interpositum esset. vbi Capitaneo nullā facit fatigā. parti debetur: nō iudicio: neq; Regie Maiestati. ea ratione. qr pars ipa ministerialem: et nobiles in suffragium brachij Regalis impensis conducit priuatis.

¶ Si intromissio isto mō data: esset aut adē pta: aut impedita violenter.

Ostea q; victor intromittitur. de brachio Regali. si
p casu q̄cunq; violēto⁹ eius intromissio: seu possessio.
violatur vel irritatur. necessario victus ille. seu conuictus. ꝯ quē ꝓcessum erat. ad iudicium castrēse citādus erit ꝓ vadio. Et in vno ac primo termino: siue ꝙparuerit: siue nō. in vadio ꝙdēnetur oīb⁹ dilatōib⁹ et sb̄ter fugijs p̄termissis

De extēsiōe brachij regalis ꝑ Capitaneos.

Pro scda vice intromissio d̄ brachio regali.

Si possessio: seu intromissio. sic vt sup̄ scriptum ē: vadio nō obstāte: irritabitur: seu violabitur: tc̄ p̄missa ista citatiōe et ꝯdēnatiōe ꝓ vadio p̄dicto: d̄ q̄ sup̄: iterꝫ ministerial'. scda seu altera vice: cuꝫ nobilib⁹ ⁊ actore. aut suo ꝓcuratore: ꝑ capit'. dꝫ ad talia bona. mō p̄ori. ꝓ scda vice mitti. et omnia ꝓut. in p̄ma intromissiōe fuer̄t. scda vice faciet. hac ip̄a scda vice. de brachio regali: tā in ꝑlucris. q̄m in vadio. intromissiōꝫ dādo iuxta ꝯtinētiā vadij. ⁊ ꝑlucroꝝ: dataq̄ intromissōe. duplicabit vadiuꝫ vt. s. vadiuꝫ lr̄ale. maiorē dupl'r summā ꝯtinēs daret ⁊ r̄linq̄ret interpositu ꝫ inter intromissuꝫ victorē ⁊ victuꝫ

Si intromissio ꝓ scda vice data irritaretur.

In q̄ntum ip̄e iure cōuictus. adeo rebell': ꝓteruus: et violator iuris cōis regni esset Sic ꝙ intromissionē: ꝓ p̄ma scda vicibus d̄ brachio regali datā contēnēdo violare p̄sumeret. ex tunc ꝓut pri⁹. ꝓ vadio ad castꝝ citetur. Et sil'r p̄missis p̄mittendis vt sup̄ scriptum est absq̄ omni indulto: dilationuꝫ excusationumq̄. in p̄mo termino siue cōparuerit: siue nō in vadio: peremptorie: et iudicialiter condemnetur.

Pro tercia vice ꝑsonal' capit'. executō finalis

Demum post p̄mā. ⁊ scdam vices p̄dictas. si iterꝫ vict⁹ ageret rebelliter: se manu: seu brachio opponēdo regali: mouebitur capitaneus ꝑsonal'r de sede regali (cui in officio capitaneatus p̄sidet) armatus ⁊ ꝓuisus. sic vt temeritatē violatoris vinceret. ibit cum ministeriali: ⁊ cum victore. ad bōa huiusmōi cum ꝑlucris: sicq̄ victorē auctoritate brachij regal'. ⁊ sui officij accitis. vt p̄ntes eēnt. Hij scꝫ victor: aut factor: aut villic⁹: ꝓut sup̄ corā q̄b⁹ mō sup̄dicto. ministerial' p̄mis vicibus intromittebat. ꝓ tercia vice real'r intromittet victorē: in ꝑlucris. ⁊ in vadijs. ꝓ omnibus vicibus interpositis: eiecto abinde manu potēti victo. Preterea ne Capitane⁹ frustretur impēsis. ꝑ eum ad id factis. immediate dabit. ⁊ relinquet vadium lr̄ale inter ꝑtes triplicatuꝫ qd̄ quidē ibidem relinquet saltē Rmetonibus illud dando: ꝓ quo vadio si expediet. ꝓcessus fit: sic vt sup̄ ad cōdēnationē Executionē āt eā vltimā Capitaneus eque bn̄ ꝑ aliuꝫ: vt ꝑ se faciet. si cōmode pōt. sin aliter tunc ibit solusip̄e officij debito. satisfactur⁹ habebit tn̄ secum ministerialē. ⁊ nobiles Capitane⁹: siue per se

siue p alium. istā faceret executionē: p lucrorum in bonis in q̄bus perlucra sunt obtenta seu perducta faciendo. Cunq; daturus erit intromissionem huiusmodi: in perlucris: et in vadiis. si bona valorē. vadiorum et perlucroruz. ferre possunt. faciet intromissionem. dando vnum laneum possessionatum. d̄ quo vna marca annuatim proueniret. in quibus libz decē marcis. Si autem lanei nō sunt possessionati seu censuales: tunc intromissio detur in agros. in quibus duodecim chori siliginis. seminari cōsueuerunt: aut seminari verisimiliter possent agros videlicet intelligendo. ꝓ marca census annui. Etsi tā possessiones: quā agri ⁊ alia huiusmodi in quib⁹ bona sunt ⁊ in quibus executio plucrorum faciēda esset deficiunt seu si ea victus nō haberet. tunc ipso iure. conuictus. ꝓpterea q̄ iuris ꝓcessum ad hec vltima iuris puncta. temere sustinuit. capiatur in ꝑsona. sicq; eius captiuatio: relaxanda vel nō relaxanda. in voluntate victoris. vsq; ad satisfactionē: pro perlucris et pro vadijs faciendam.

Taxa lanior Herbort. 205.

Realis instructio ad possessionis assignationem circa executionem reiiudicate.

Dum hec fierent. in prima. scd̄a. et tercia vicibus: vt sunt abunde sup̄scripta. Eam quisq; loci Capitane⁹ seruabit instructionez. circa suā ipsam: aut sui vices gerentis: vel alterius nomine suo. de brachio regali missi executionem in loco hereditatis: seu ville: vl̄ bonoꝝ plucratorum: constitutus. ipse brachij regalis executor vocabit conuictum. si est pn̄s vocabit etiā Kmethones. p̄sertim illos. in quos ē intromissio dāda: q̄bus declarabit seu d̄clarari faciet perlucra: ⁊ vadia: al's notificabit ea. Sil'etiā lr̄as plucroruz seu executoriales. corā ministeriali. ⁊ nobilibus. eis ostēdet intimabit: ⁊ publicabit. Sic q̄z Capitaneus p se aut ali⁹ nomine capitanei. dicet: audi ea. attēde ministerial'. Ego capitaneus iuxta officium aut ali⁹ sic: Ego iuxta officium dn̄i. M. Capitanei de brachio regali Nobili. P. de G. in suis plucris ⁊ vadijs. trado intromissionē in istā villā B. vel ista bona P aut in istuz Kmetonē: seu laneuz vl' in istuz: aut istos agros

Instructio in possessiõe assignatiõis in executione reiiudicate.

dicitq; Capitaneus (si per se intromittit) et interpono vadiuz C. marcarum: per istas litteras: aut alius nomine capitanei. vadium siue Regium siue Capitanei tenẽs: dicit. Et istud vadium centum marcarum per Maiestatem regiam: vel per dominum capitaneum interpositum. in hijs litteris scriptum. tibi ministerialis do: & tu tandem iuxta officium tuum. istud vadium conuicto notifices. et sibi iuxta consuetudinem iuris illud des: vel in domo hic sua relinquas. quod tamen vadiuz sit triplicatum: vt supra scriptum est. Dices vero q ipse cõuictus se in bona ista. ad que victorem intromisi nec per se: nec per summissas personas intromittere debeat: neq; intromittat in eisq; victorem nullis molestationibus. seu turbationibus vel impedimentis. aggrediatur Vobis autem Rmetonibus vniuersis. istorum bonorum incolis. mando vt ipsum dominum P. de. G. pro vro domino habeatis. sibiq; obediatis tanq; vestro domino subditiq; eius sitis: vsq; ad totalem solutionem et satisfactionem omnium perlucrorum & vadiorum: et hec omnia coram te ministerialis. et coram vobis omnibus: qui estis presentes testificor. Ejciatq; conuictum de bonis. et pace facta victori. in bonis perlucratis: exeat de bonis Capitaneus.

Ad idem

Nihilominus si non obstante isto processu: et intromissione tot vicibus data. ac vadijs tot vicibus interpositis: si iuri & brachio regali victus. non pareret: aut se defendẽt et intromissionem. et pacificam possessionem. non admittendo: tunc Capitaneus seu vicesgerens eius. in hac parte non inferat vllam victo. aut Rmetonibus: vel seruitoribus eius. violentiam: nec sinat quenq; verberari: aut vulnerari: sed ipse victꝰ cum familia. et coadiutoribus suis tanq; iuris: pacisq; communis violator atq; destructor. capiantur. suntq; captiuandi infamisq;. et infames. reputentur et censeantur: etiam in corpore: iuxta Maiestatis regie votum per maiestatem Regiã puniendi. Et si capiuntur teneantur: vsq; quo satisfactio victori detur: pro perlucris & vadijs.

Ad idem.

Si idem iure conuictus & alij eius complices. nõ possent ca

Instructio ad obseruationem terminorum ex consuetudine.

5

pi detineriq̃: tunc conuictus de bonis illis citandus erit: ad que in perlucris. non est data intromissio. pro vadio vltimo et finali: quod vadium plenarie cedit ꝓ capitaneo: et ad vidẽdum: ⁊ decernendum illum ꝓscribi: ⁊ proscriptum. tanq̃ rebellem. ⁊ iuris regni transgressorem. et violatorem banniri Premissa v̄o bãnitiõe: ⁊ ip̃e: ⁊ familiares ꝯplicesq̃ sui capiãtur ꝑ Capitaneuz vel ꝑ alium. eius nomine Qobrẽ dabit maiestas regia lr̃as. cõtra tales patentes. vniuersis quibus expedit bannitionez publicando: et quibuslibet subditis mandãdo. vt tales bannitos capiant. ⁊ locorum capitaneis dent

Ad idem.

Si v̄o non est possessionatus alijs bonis: tunc ipsa citatio ꝑ edictum. cõtra ip̃m. ⁊ cõtra suos complices possit expendi.

Ad idem

Et si comparuerit in termino primo. qui sibi. et omnibus talibus debet esse peremptorius. et finalis. nullam habens dilationem. Extunc in vadio sententietur. Et si habuerit bona aliqua in eodẽ vadio recipiantur. ⁊ pro rebellione teneantur Captiuẽtur ãt si nõ ꝯparuerit seu nõ cõparuerint: tunc ip̃e: ⁊ sui cõplices: tãq̃ rebell' iurisq̃ Regni violator decernatur d̄ regno banniendus. proscribendus et capiendus. Et solusipse iudex proscribat sui decreti prolatione mediante: et ibidem statim proclametur: bannitus: et prescriptus capiendus Et non solumipse: sed etiam sui familiares: ac alij dantes ei: auxilium: consilium et fauorem. et presertim in domibus eum conseruantes tales omnes sunt: proscripti: captiuandi: ⁊ infames: ideoq̃ capiendi cõtra quos littere dabuntur vniuersales patentes antedicte. per territoria. et ad alios Capitaneos regni porrigende.

Bannitus, et alij.

In aliquibus terris fit sic ex consuetudine:

Primus terminus differtur simplici infirmitate. Secund⁹ vera infirmitate et Terci⁹ etiam infirmitate: in hec verba iacet sicut iacet. Et dum comparet ad respondendum in termino perẽptorio: tunc citatus debet iurare q̄ vere fuit infirm⁹

Instructio ad obseruationem

Ad idem.

Et si citato nō recipitur terminus infirmitate: et neq; p se: neq; p̄ procuratorē. cōparet in iudicio. tunc cōdēnatur in pena cō tumacie. ⁊ datur ministerial' in iure actori. ad auisandum reum: vt veniret ad alios terminos immediate celebrandos ⁊ diceret: quare sup terminum astare p̄misit: qui si nō dixerit: iterq; tunc p̄dēnatur p̄ actorem in toto p̄m citationē. Et iudicium decernit solutionē parti. sub penis iudicialibus: videlicz sub tribus marcis. actori in quatuor septimanis.

Ad idem

Item si nō fecerit solutionē in quatuor septimanis: tunc scribitur contra citatum. pena sex marcarum: vt supra dctm̄ est in communi terminorum conseruatione.

Ad idem.

Item similiter alia pena in quatuor septimanis: et in alijs q̄tuor septimanis similiter. ¶ Item si nō curat satisfacere: tē concitatur ad satisfactionem: perlucris et penis. Et si in termino non comparuerit: et nullam per actorē. in processu cause commissam. allegauerit nullitatem. tunc datur ministerialis de iure. ad intromittendum in bona: in perlucris: ⁊ penis ad actorem pertinentibus. Et iudicium mittit ad pignorandum. pro medietate penarum. ad iudicium pertinentium. Et si nō admittit intromissionem reus. tunc Burgrabius vadit et intromittit receptis secum: duobus nobilibus. Et ministeriali. Si vero reus. non admittit possessionem bonorum. ex intromissione. tunc Capitaneus sua in p̄sona: vadit: et dat intromissionem actori in bona: et imponit vadium: mandās reo. vt actorem. in possessione per eum assignata. non impedi at sub vadio. per eum imposito. Et totiens quotiēs actor petit intromissionem. totiens ostendit litteras ad iudicatorias. sibi per iudicem. ⁊ subiudicē datas. Et capitaneus intromissum. in possessione tueri tenetur. Si vero id non exequetur. tunc in eodem vadio. per eum in reo imposito. Et Maiestati Regie: et actori succumbet.

In alijs quibusdam terris: fit sic etiam: ex consuetudine priuata.

Per infirmitatẽ recipiuntur termini. ⁊ citat⁹ iurat solus sin̄ testibus q̄ fuit vere infirm⁹: ⁊ si termin⁹ nõ differtur sibi infirmitate: tunc actor cõdẽnat eum in ꝯtumacia. ꝓ primo. Et adcitatur lr̄ali adcitatiõe. ad citatiõꝫ originalẽ in adcitatiõe insertã: ⁊ in scd̄o termino. ex adcitatiõe: similiter ꝯdẽnatur reus. in pena cõtumacie Et adcitatur scd̄o adcitationeꝫ originalẽ. ⁊ ad adcitationẽ: ⁊ si nõ cõparet. tunc ꝯdẽnatur. ꝑ actorem in toto. ꝟm citationẽ. Et decernitur satisfactio. ꝓ rebus citatis. Et scribuntur pene. Et ꝓceditur ad finẽ. sic vt in ista immediate: seu ꝓxima consuetudine. est descriptum.

Ad idem.

Fit etiã terminus ꝓ maiori (qui nulli denegari debet) ⁊ ꝓ primo: ꝓ scd̄o: ⁊ tercio recipi pot: sed recipiens hmõi terminuꝫ ad alia iudicia iudicis. ⁊ subiudicis. illius iudicij. vbi dixit se ꝓ maiori hr̄e actionẽ. lr̄am ad iudicium portare debet cuꝫ descriptiõe sufficientis testimonij. de iudicio altero. in quo pro maiori habuit. ꝓut d̄ hoc in communi supradicta terminoꝝ conseruatione. est informatio abundius exarata Si em̄ in littera testimoniali. non sufficienter descriptum esset. id ꝓ quo in alio egit iudicio. tc̄ causam istã ꝑdet: ꝓut sup̄scriptum est.

Ad idem.

Et licet eadem maiestas Regia. aliquarum terrarum priuatas descripsit consuetudines. tamen sua maiestas per moduꝫ consilij. subditos hortatur vniuersos. vt eam teneant. ⁊ obseruent instructionem vbiq̄ terrarum quã instructionem assumptam. euoq̄ diuturniori continuatam approbabit lex. ac consuetudo. Et tm̄ maiestas eadem serenissima domini nostri regis. de terminorum conseruatione. ex iurisperitis. ⁊ vetustioribus regni priuilegijs asscripsit.

Alexander Rex Polonie congestoꝝ omnium regni cōstitutionū cōe scribit, priuilegiū

In nomie dñi. Amen. Ad rei memoriā sempiternā. Cum vniuersi principes: qui vl' monarchiarum: vel dominatuum quorumcunqꝫ gerunt gubernacula: admonēte eos suscepti cura regiminis: vt populo sibi diuinitus subiecto ꝓuideāt quatinus: ab iniurijs: et molestijs cōseruetur. Et nouitates euētuum: nouis moribus: nouis quoqꝫ institutis ac legibus moderētur. Quiquidem euentus in humano genere: totiēs fiunt quotiēs illudip̄m genus mortalitati subiectum etaculaꝝ natis immutari: in nouariqꝫ contigit natura ipsa: sic vt antecessores: sic quoqꝫ posteros: in ortum: atqꝫ occasum (veluti in rota) ꝓmouente sanctiones edere rationabiles: et suoꝝ mores fidelium. p̄cepto legali tp̄are: suaqꝫ ipsa precepta: leges: ⁊ instituta. lr̄aꝝ munimine ⁊ publici ꝯsensus auctoritate ꝑhēnare ꝯsueuer̄t.

Prohemiū Alexādri ad colligēdas leges regni nouas atqꝫ vetustas.

Proinde nos Alexander dei gr̄a Rex Polonie Magnꝰ dux Lithuanie Necnō terraꝝ Cracouie Sādomirie Siradie Lancicie Cuyauie Russie Prussie ac Culmeñ. ⁊ Elbingeñ. Pomeranieqꝫ dñs et heres ⁊c̄. Ad vniuersoꝝ p̄ñtium ⁊ futuroꝝ nob̄ Regnoqꝫ nr̄o ꝓ tp̄e sb̄iectoꝝ Ac q̊ꝝcunqꝫ ē: intereritqꝫ in futuꝝ noticiā deducimꝰ: q̄a dei ⁊ saluatori nr̄i gr̄a. Regni p̄r̄ni dominia ꝯscēdētes feliciter: tā et si ꝑpēdamꝰ in regno ⁊ dominijs nr̄is: ad dei honorē ⁊ ad felix diuturnum regni nostri imperium: singula iure optimo per diuos olim añcessores: ac Auum Patruuꝫ Genitorē ⁊ Germanum nostros Reges polonie sic ordinata eē: vt leges haberētur regni per eos cōdite vetustissime: quibus vniuersi regnicole ⁊ illudip̄m regnum: in euentibus: ⁊ in omni administratione: diuina ac tp̄ali: hactenꝰ rectum esset prospere. Tamen cum non omnibus patuit: quod oēs cōcernit. Per quandā etem̄: vt dicamus disuetudinē. ac inaduertentiam: ⁊ priuilegia: et libri statutoꝝ. vel in thesauris publicis. vel in paucoꝝ manibus dumtaxat: cōclusa Cōmuni v̄o populo occlusa: ymo incognita hactenus erant. ¶ Itaqꝫ in hac cōuētione Radomieñ. generali ad quā de vniuersis regni ⁊ dominioꝝ nr̄oꝝ terris: Prelati Barones: terrarumqꝫ ⁊ ciuitatum nuncij iussu nr̄o venerant petiti existentes publicitꝰ: vt

communne edamus toti Regno priuilegium. Statutoꝝ eiusdem Regni legalium. ¶ Predictorum olim diuorum Predecessorum. Ac Aui. Genitoris. Patrui. ꝛ olim Joannis Alberti Hermani nostrorum: cum additione aliorum Statutorum nostrorum. Illudq; per vniuersa Capitaneatuum. et Ecclesiarum maiorum loca daremus originaliter. quatinus non obscura. Sed vulgaris eius et eorum esset cognitio.

Nos De innata nobis benignitate et iusticia: nolentes ab olim Predecessorum nostroꝝ degenerare virtutibus. qui sicut laudabiles consuetudines. et iura. Predecessorum Primorum approbabant. et sua scribebāt noua. Sic nos illorum laudabili innitentes ꝯsuetudini presens cōmune Statutorum priuilegium. Cui inserimus antiqua. et addidimus noua nōnulla etiam externa. ad eruditionem fidelium subditorum nostroꝝ annexuimus de consilio: sciētia: et vnanimi voluntate. omnium et singulorum. Prelatorum. Spiritualium. et Secularium Consiliariorum. et Baronum ac Nunciorꝝ terraꝝ et Ciuitatum. q̄ vniuersus corpus Regni Etiam nomine absentium. per litteras nostras. et proclamationes publicas. ad presentem Conuentionem vocatoꝝ: venientium: et non venientium indubitanter representarunt

¶ Toti Regno dandum Illudq; in publicum Regni nostri Castri Craco. thesaurum vbi et Coronationis diademata. et alia Regni secreciora seruari consueuerunt. Tandēq; in loca Capitularia maiorum Regni nostri Ecclesiarum. ac Capitaneatuum terrestrium vbiq; terrarum inferēdum. In eisq; vt omnibus prosit. et cognitum sit. quod ad omnium salutē. necessitatemq; congestum esset. habendum. et omnium necessitatibus petentium cōmodandum decreuimus et decernimus

¶ Primum igitur erit Statutum Gloriosissimi olim Kazimiri Regis. qui a magnitudine gloriosoꝝ memorabilium gestoꝝ magni denominationē habuit. post quod. Reliq̄. et alioꝝ Regum Anteceſſoꝝ nostroꝝ et nostra videbuntur ordinarie inferēdum duximus sic vt. Sequitur

☞ Meminit Alexander Rex Statutorum auī. genitoris. fratris. et aliorū predecessorum.

☞ Alexander decernit dandum ad thesaurum regis et ad capitula Ecclesiarū petitum commune Statutorum priuilegium

☞ Accedit Alexāder. ad Statuta Kazimiri Magni.

Sūmariū

Magnus Kazimirus

Statuta Magni Kazimiri Secundi.

Probemium statutorum Kazimiri magni.

Non debet sane reprehensibile iudicari. Si scōm varietatē tempoꝝ Cōsuetudines. ⁊ Statuta humana. qñq; variātur. pīsertim cum ingens necessitas. vel euidēs vtilitas. id exposcit. Et qꝛ vel pcipue quēlibet hominē. virumq; integrum. ex instituto quodam deceat. Non mō armoꝝ fortitudine esse decoratum Sꝫ etiā moꝛibus. et legib⁹ armatum. Cum vnum alteriuꝫ. plerumq; auxilio egeat Cuꝫ itaq; hoc leguꝫ. ⁊ armoꝝ pgressuꝫ diuos impatoꝛes Reges: ceteroscq; clarissimos viros Studiosissimos extitisse legim⁹. Diuum inpīmis Julium. quē in maxima difficultate itineris. et in medijs belloꝝ estib⁹: scribentē libꝛos: et legentē. silq; dictitantē. et audiētē freq̄nter accepimus. Deinde augustum. diui Julij filium. tāto pīmis vestigijs studio inhesisse tradunt. vt q̄uissimis belloꝝ et imperij curis oppīssus. et cōiuratoꝝ obsessus insidijs. horas et mometa colligeret. ¶ Sꝫ vt reliqs obmittā. qd diui. et religiosissimi Impatoꝛ Justiniani. āplissima. et emēdatissima volumina Exactissima diligētia. vigilia. ⁊ cura. Exercitatio deniq; ⁊ opa enixissima rei bellice. hinc etiā multi q̄uissimi ⁊ pclarissimi Romanoꝝ ꝓsules Tribuni aut Cēsoꝛes. ferēdis legibus auctoꝛes fuere. Et a q̄bus leges denominate. vt Cōsulares. Tribunitie. Julie. Cornelie. Nā sb Octauiano Cesare suffecti. Cōsules papius ⁊ Pompeius leges tulere. q̄ a nominib⁹ eoꝝ appellātur. Papīja. ⁊ Pompeīja. Sub eodēꝫ quoq; Impatoꝛe. Falcidius Tribunus plebis legē fecit. Ex cuius nomine. lex erat falcidia. Aq̄lius q̄q; legē ꝓdidit q̄ hactenus aq̄lia nuncupatur. Sic Julia: sic Cornelia: sic Catonina Regula etiā legibus a Catone inserta. Quoꝝ nomē q̄q: adeo claꝝ: adeo celebꝛe ē. vt nō solum vrbē. sꝫ oꝛbē pene totum suis temporibus presentia. Postea vero memoria sua. Ac splendoꝛe illustrauit Ex eo nāq; accuratissima illa. Jnuictissimi Kazimiri Sintagmata. et ordinationes efficacissime Quibus Romanoꝝ procerum exemplo. res suas. subditoꝝq; honestis moꝛibus illustrare voluit. Legittimisq; Juris muneribus. et belli iuribus munire. quas limatas et pumicatas. cum hoc vel maxime Bibliope sibi persuasum

Kazimirus adducit ad sue mētis propositum. conditoꝛes Legum vetustissimarum.

hñt. et curant: accipere: legere: volutare: et ampłecti. Sepius atq; iterum non sufficiat queso

Precepta Magni Kazimiri Regis

Os itaq; Kazimirus secundus dei gratia Rex Po
n lonie necnon terrarum Crac. Sandomirie Siradie
Lancicie Cuyauie Pomeranie Russieq; domin⁹ et
heres ⁊c. Unacum prelatis. Baronibus. ceterisq; Nobilibus. et subditis nostris animaduertentes. et ꝓinde reuoluẽtes. ¶ Quia iuxta tẽpoꝝ antiquitatẽ. In terris et dominio ditiõi nostre subiectis. Cause plerumq; in Judicijs. nõ vniformiter. Sz scõm animoꝝ et sensuum diuersitatem. hominum etiã excrescẽte malicia. et improbitate. varie et diuersimode ventilãtur: deciduntur: et diffiniuntur Ex q̃ varietate Actiones siue cause. nõnunq; ꝓ. post multiplices vexatiões altercatiões. et cõtentiones. remanẽt indecise. et quodãmõ immortales. Quapropter ad laudẽ dei omnipotẽtis. beatissimeq; Marie ỽginis. totiusq; celestis curie. Et ad ꝓfectum cõmodum. et vtilitatẽ nostroꝝ subditoꝝ decreuimus. dictorum Judiciorum seu causarum (potissimum in hijs que frequenter accidunt) decidere. et euellere. varietatẽ. ¶ Volentes et Statuentes. Ad̃ deinceps ꝑpetuis tpibus. Hec eadẽ Statuta et ꝓstitutiones. habeantur. exerceãtur et obseruẽtur. Per omnes et singulos Judices. officiales. ac eoruz ministros. reliquosq; nostros subditos. et Terraꝝ nostrarum inhabitatores. Hec quisquã audeat quouismodo temerarie contrauenire. Sub graui nostre indignationis aculeo

☞ Causas Rex describit. preceptoruz scribendoꝝ suoruz

☞ Precepti Regis Kazimiri perpetuum ad inhabitatores Regni promulgatum.

De reo cittato. non comparente

Um oẽs constitutiones. et statuta legẽ imponant.
c reb⁹. et negotijs ꝑntibus. et futuris. et nõ ꝓteritis
Volumus. vt omnes nre ꝓstitutiones. Edite nunc in colloquio gñali. in visliczа. nõ respiciãt ꝓterita. sz tãtum mõ ꝑntia et futura. Ñ si q̃s ad Judicium citat aliquẽ. ꝓ hereditate. aut pecunia obligata. ⁊ ipm ad Judicium euocauit Et si tunc reus. in termino pemptorio nõ parebit. Actor lucrabitur nominatã pecuniã. aut hereditatem pecunia nihilominus reo restituta.

☞ Actori adiudicatur res obligata reo. pro reipsa citato non comparẽte. pecunia tamen reo restituatur.

Constitutiones nouas non respiciant preterita.

De fluuij aut Riuuli fluxu seu alueo nouo ⁊ antiquo al's Rzeczyszko hēditates limitāte

2

☞ Fluuio inter villas seu hereditates existente si granicies nō sunt de iure facte. fluuius limitabit idem fluuius naturaliter ī nouum alueum auersus idez facit. Sed si q̄spiam in suum rus eum conuertit sua iactura erit. vt vicinus loci dominus in rure istius. et rippam habeat: et ī rippa ac in fluuio limitem.

c Rebra altercatione inter nostros subditos. Super limitibus in hereditatibus ip̄oꝝ distinguēdis. graues suscitātur questōes: ex quibus augētur expēse ⁊ labori nimio interdum supponuntur discordātes. Et quia fluuij ⁊ fluuioꝝ Aluei vt plurimum. inter hereditates: possessiones: ⁊ villas. fluunt. ⁊ habētur. Unde si que ville: aut hereditates inuicē ꝯueniunt aliquo fluuio. vel Riuo mediāte. Si inter easdē hereditates non sunt limites de iure facti: tunc illa quelibz hereditas. suā teneat rippā. illius fluminis seu riui ad ip̄am hereditatē ꝓtensam. Et idē fluui⁹ seu riuus pro limite semper sit habendus Qui fluuius seu riuus: si etiam obmisso primeuo alueo per alia loca suum diuertit meatum: seu defluxuz sine ministerio hominis: ꝫ ꝓpria v̄tute naturali nihilominus eiusdē fluuij primeuus alueus: vbi ante decursus aque fuit verus limes hereditatum illaꝝ erit: in q̄ antiquo fluuio seu riuo: al's antiqui fluuij alueo. hōies vtrāq̄ villā: seu hereditatē illā inhabitātes licite suas faciēt piscaturas: prout faciebāt tunc cum aqua suum p̄meuum seu antiquum cursum in eodē antiquo alueo habuit. Sed si fluuius seu riuus hmōi ꝑ hominis industriā. auersus eēt ab antiquo cursu. et alueo: vt in alium nouum influeret alueum tunc ille nouus alue⁹ hereditates limitabit dabit quoq̄ sic. vt antiquus ille alueus. dare ꝯsueuit vnā rippam vni hereditati. alterā alteri. quā alluit Quo casu dum ꝑ hominis industriā. fit fluminis auersio. vna hereditatum ipsaꝝ: illa videlicet in qua remanet antiquus alueus. oēm. ⁊ integrā habeat ꝓprietatem in alueo. ⁊ rippis antiq̄ fluminis seu riui.

De eo quod quilibet in bello sub certo vexillo se locare teneatur.

3

☞ Quilibz in bello sub certo vexillo militans teneatur secus faciens per succamerariū suū: captiuatus regi detur. Equi v̄o sui eidē succamerario de-

i Us militare admonet. vt attēdam⁹ ⁊ sup id ꝯstituamus q̄ quidā ex nr̄is baronibus. nobilibus. ceterisq̄ subditis. cum in castris. cōtra hostes. positi fuerint. omni abiecto rubore. cum omni nobiliuz strenuitate cō

municātes. sub nullius vexillo: neq; alicuius dicione. nostri exercitus se locare presumunt aliquādo ad hunc presertim finem. vt machinaꝝ ⁊ ꝓpugnaculorum. ceterarumq; reꝝ bellicarum. aut ipi⁹ exercitus custodiā. vel vigiliam nocturnaꝫ euitarent ⁊ defensionem quā ceteri cōmilitones. ⁊ fratres ipsorum sub certis vexillis locati: scd̄m modum inter ip̄os ordinatum: facere ⁊ ꝟuare ꝯsueuerunt negligēnt Idcirco qm̄ turpis est pars que suo nō cōgruit vniuerso. Statuimus vt q̄libet miles aut simplex sub certo vexillo erecto. cum sua statōne conquiescat vt ingruente necessitate belli: ⁊ dimicationis cum hostibus. sciat capere locum certuꝫ magisq; animaduerteret. pro sui vexilli defensione. al's volumus. qd̄ si tales amplius in nostro exercitu huiusmodi fuerint inuenti per succamerarium terre. seu districtius in quo degunt: et militant capti: nobis presentabuntur. Equi vero eorum eidem succamerario. pro ipsa culpa. ⁊ delicto applicentur

De victis aut condemnatis in iudicio. Si illico nō satisfecerint et recesserint capiēdis

q Uia victus tenetur. victori satisfacere. de euictione et condemnatis. neq; d̄ iudicio prius recedat. nisi satisfaciat. de eo in quo est condemnatus. Quidam tamen r̄bellione. aut inobedientia ducti. nescitur quo animo. d̄ iudicio recedunt condemnati: pro debito nullaꝫ satisfactionē aduersarijs impendētes. Quapropter volumus qd̄ tales inobedientes: de malicia ipsorum. commodum non reportent. postq̄ conuicti fuerint in iudicio. ad manus suorum aduersariorum ligati tradentur Et si in captiuitate manentes effugerint. a potestate ipsorum. sint liberi et absoluti ipso facto. et omni debito qd̄ tenentur et obligantur. preter debitum furti: quod semper condemnati soluere tenebuntur.

4 Victi aut condēnati i iudicio. illico satisfaciāt. Si recedūt capiant̄. victoribus dandi. A quibus si fugiūt libertati dantur. nisi furtum esset iudicatū quod semper sit soluendum

De pigneribus ad iudices pertinentibus. nō distrahendis. sed per certa tp̄a seruādis.

v T in rapinis aut pigneribus nostroruꝫ subditorum aliquis. Modus habeatur: et obseruetur. Cōsueue

5 Judices aliqu ē pignorātes. ꝟuabūt integrū pign⁹. i estate p duas ebdomadas i hyeme p octo dies alioq̄n si distraxerit interim p̄ciū dabūt cum pena pijathna dzescza pignorato ꝓ aniali. Juramēto valorem probanti.

runt hactenus auari iudices. et eorum officiales: vt postq̄m pro penis. aut mulctis in iudicio condemnatis. aliquos pauperes. aut nobiles. cuiusuis status impignerant. et obligāt statim pignera. et spolia diuidunt nullam gratiam. et beniuolentiam pignerato facientes ad succidendum itaq; ⁊ beniuolentiam. cum pignerato facientes ad succidendaz itaq; et amputandam. hanc consuetudinem perniciosaz. Eamq; obseruare amplius nolentes ac prohibentes. Statuimus. vt si quis iudex pallatinus. Castellanus: aut ipsorum officiales vel maleficiorum iudex: qui Oprarvcza dicitur: aut alius q̄cunq; pro penis iudicialibus. per eos latis: aut alijs excessibus: aliquem nostrum terrigenam: diuitem: vel pauperem. Nobilem vel simplicem. impignerauerint. vel pignerare iusserint. pignera in equis: pecudibus: aut in alijs substantijs quibuscunq;. sic recepta non distrahendo. vel minuendo. Si fuerit in estiuo tempore duabus septimanis integris Si autem hyemali tempore: octo diebus illibata. per recipientem debeat obseruari: siue iuste pignerati fuerint: vel indebite. rapina in eos commissa. Et si extunc per illum. vel illos: quoꝝ: vel cuius sunt pignora. pro cōmissis penis: nō fuerit illis qui pignerauerunt. satisfactuz: vel suaz innocentiā: nō ostenderint. Tandem licitum sit illis. qui pignera detinent. illa distrahere: diuidere: ⁊ pro libera ipsorum voluntate. cōuertere. Q; si tales iudices: aut alij superius nominati: eorum auaricie non parcentes. infra predicta. debita tempora. inter se diuiserint: aut dissipauerint. vel etiam alienauerint. vnum animal de predictis: damna passo. iuxta valorem animalis deperditi. quod suo comprobabit iuramento: cum pena pijathnadzestha tenebuntur restituere: Hoc statutum salubre. propter nostrorum iudicum: ⁊ procuratorum rapinam enormem: quā sepius cōmittunt ad ipsos: ⁊ ad iudices eorum extendimus et promulgamus.

De filijs proprium sigillum. viuentibus patribus non habituris

6

☞ Filij viuētibus patribus. sigillū ꝓpriū. habere: et portare prohibiti.

q Uia filij cum patribus vna persona iurisfictione censentur. Ideoq; statuimus. Quod viuentibus patri-

bus filij dumtaxat sigillo paterno vtantur. et aliud portare. vel habere non presumant.

De Scultetis tam spiritualiuz quā secularium personarum ad bellum ituris.

Sculteti vniuersi ad belluz. cum rege transituri.

Quia onus p̄sertim q̄ omnes tangit inter plures. diuisum facilius deportatur. Quapropter statuimus q̄ indifferenter omnes Sculteti tam spiritualium. quā etiā secularium personarum iuxta ipsorum facultates ad quālibz expeditōnē nobiscuz trāsire teneātur

De clericis bona hereditaria habentibus ad bellum ituris.

Clericus bona hereditaria possidens ad bellū sit obligatus: al's bōis cedat aut infiscabuntur

Cum iure suo. nullus debeat defraudari. Et quia plerique clerici nostri regni bona patrimonialia tenentes et habentes de eisdē bonis sub vmbra clericali viuentes nobis et nostro regno seruicia debite facienda in expeditione subtrahere consueuerunt. Ideoq; statuimus q̄ idem clerici nostri Regni cuiuscunq; status existant predicta patrimonialia bona tenentes. vel nobiscuz ad q̄libet expeditionem transire teneantur. iuxta predictorum bonorum facultates. vel eadem bona proximis suis fratribus laicis resignare. et dimittere. et eisdem renunciare. Q̄ si prefati clerici neutrum illoruz. facere curauerint predicta bona decreuimus. et p̄ntium auctoritate decernimus. perpetuis temporibus nr̄o regno applicanda.

De dominabus et virginibus que citant aliquem aut citantur ab aliquo.

Domine aut virgines ad iudicia citate. i hospicijs commode ꝓcuratorē cōstituāt: et cause actionez Judice sup̄ id visorē et aduersarium dirigente: committent vel aduocato vel procuratori.

Et dominarum habitatio propter fragilitatez sexus a cetibus virorum omnimode sit distincta. et ne ad causas vocate. premant se in turmis: et conuentibus masculorum Sāxit nostra auctoritas de presenti. vt si que domina. siue virgo citās. aut citata venerit ad

terminum sibi prefixum iudex presidēs iudicio officialē suum cuz eiº aduersario ad hospicium illiº ¿dñe mittere teneatur coram quo actionem siue defensionez sue cause aduocato vel suo procuratori cui placet in toto delegabit.

De aduocatis procuratoribus. et proloquutoribus in iudicijs hīdis cui expedit.

10

Jure habendi sunt causaruz. aduocati. ꝓcuratores. aut ꝓloquutores. ꝓ eos quibus expedit.

Via cuilibet sua defensio et tuitio (cuz iuris sit naturalis) non est deneganda. Jdeoqꝫ statuimus qꝫ in iudicijs nostri regni. quilibet homo cuiuscunqꝫ sit status ⁊ conditionis. potest ⁊ debet. habere suuz aduocatum procuratorem seu proloquutorem.

De iudicibus cuiuslibet terre ad curiam Regis venturis.

11

Judex et subiudex rege i terrā aduenīē te teneantur i curia regē iudicaī ꝓ hēditate regi relatōnem facturi. per regez iudicanda vel baronibus committenda

Via ex multiplicitate iudicum: prout experientia nos edocuit. Jn causis super eodem facto. varie et diuersimode. plerumqꝫ sententie proferebātur Jdeo volentes. certum numerum statuere iudicum. et occurrere varietati predicte. Statuimus qꝫ vnus in Cracouiensi. ⁊ alter in Sandomirieñ. Terris. iudices nostri habeantur. Jta qꝫ dum nos contigerit. alicuius terraruz earundem. limites subintrare. volumus. qꝫ iudex. et subiudex. terre. infra cuiº limites morabimur in curia nr̄a. ō causis iudicare ⁊ cognoscere teneantur. declarantes potestatem eorundem iudicum. Qz deinceps in quibuslibet causis magnis. etiam hereditarijs. Terminos vltra tres septimanas. non possint nec valeant assignare. Sed cum questio fuerit hereditaria iudex vel subiudex eandem questionem teneatur nobis referre cuius cognitionem in nostra baronumqꝫ nostrorum presentia volumus. et decernimº pertractari. Et si aliquo impedimento. fuerimus prepediti: tunc sex. vel ad minus quatuor baronibus. per nos iudici. et subiudici adiungendis. ipse iudex cum subiudice. vna cum dictis baronibus ad eandem questionē seu cau-

sam hereditariam diffiniendi. et cognoscendi habeant plenam facultatem.

De iudicibus Pallatinorum.

12

Pallatini terrarum suos iudices Terrestres sunt habituri

Item vt Pallatini certo numero suorum iudicum sint contenti. Statuimus q̄ scd̄m tempora antiquiora Pallatinus Sandomirien̄. vno et pallatinus Cracouien̄. pariter vno suis iudicib⁹ contententur declarantes. q̄ pro capite quolibet Castellanorum iudices quilibet in sua Castellania. iudicandi. et cognoscendi habeant facultatem.

De iudicijs dumtaxat a mane ad horam Nonam tractandis.

13

Judicia dumtaxat ante prādia celebrāda sint.

Praua consuetudine noscitur esse obseruatum Q̄ sine temporum. et horarum differentia. et distinctōne. per iudices iudicia celebrabantur Et ita plerique. non aliter ad causas. veniebant. pertractādas: quā post prandium repleti. et inebriati. propter quod iudicium paruipendebatur et debilitabatur reuerentiaq̄ iudicis. minime obseruabatur. nec ad veritatē aliquis habebatur respectus. Itaq̄ decernimus ⁊ volumus. vt certis temporibus: siue horis: et cum debita animi discretione iudicia pertractentur. et obseruentur: ⁊ q̄ deinceps iudices. diebus terminorum. et ad presidendum consuetis a mane: vsq̄ ad horam nonam siue ad meridiem in quibuslibet causis debeant presidere: ⁊ causas pertractare Et si primo die terminorum ad horam meridiei: omnes litigantes in causis ⁊ litib⁹ ipsorum. non poterint expediri. volumus q̄ absq̄ alicuius: cause vulneratione aut abreuiatione diebus ꝓxime sequentibus presidendo: dumtaxat ad horam pre

dictam omnes et singuli litigantes. debito modo. ſm ordinem infraſcriptum expediantur.

Quis modus et ordo ſit. ſeruādus in perſonis vocandis ad iudicium.

14

☞ In iudicijs nō cateruatim audiendi citati: ſed p notarium pronunciati. audientiā habituri

Ut facilius: ⁊ ſine clamore vel ſtrepitu: cauſarum expeditio habeatur. Statuimus quod ad locum audientie: in quo iudices preſident: non ſcōm merita perſonarum: nec ſcōm maioritatem: vel minoritatem cauſarum: ſed ſcōm ordinem litigantium. tantummodo actor. vel reus vocati accedentes: per iudices audiantur et expediantur. Ordinem autem in vocando ipſos litigantes ad preſentiam ipſorum iudicum: taliter duximus deſcribendum. Qr ſcriptor cauſarum: ſub pena priuationis ſui officij: non aliter quaz ſcōm ordinem citationum: litigantes: per miniſterialē vocandos: pronunciabit ſeu nominabit. Ita q̄ qui prius ad cauſam prouocauerit: prius nominetur: et expediatur Et ſic deinceps: videlicet qui ſecundo loco: ſimiliter loco ſequenti. Et taliter: donec ad extremos procedatur. Qr ſi altera parcium vocata: ſe preſidētibus nō exhibuerit: ſiue quouis caſu fuerit impedita et tribus vicibus euocata. Tunc mox pars aduerſa: que fuerat pñs de audientia remoueatur. Et alij litigantes: ſecundo loco inſcripti nominentur: et ad audientiam euocentur. ¶ Et nihilominus pars que fuerat abſens. ⁊ tribus vicibus euocata. Si circa extremam horam meridiei. iudice quaſi ſurgere volenti. Iteruz et ſecundo tribus vicibus euocata: non curauerit parere. extunc cōdemnetur ¶ Si quis autem eo tempore. quo iudices preſideant: ad locum in quo preſident: preterquā ad petendam citationem: vel de ſpeciali ipſorum iudicum licentia: ⁊ mandato quauis preſumptione vl' temeritate: intrare preſumpſerit abſq; aliqua remiſſione pena que dicitur pijatbnadzijeſcza: p iudices puniatur.

☞ Cōdemnatō niſi in extrema diei hora: decernit faciēda: pclamatiōe ter ante meridiē: et ter p meridiem premiſſa

☞ Ad iudiciuz nemo acceſſurus: niſi ex cauſa iudicij vl' citatione ſub pena quinquaginta.

Quibus in locis: dñt iudicia celebrari.

15

Uia plerumq; hñtes iurisdictiōez a casu ⁊ ꝓ libito sue voluntatꝫ cōsueuerūt ad iudiciuz acceptare vl' eligere sibi loca q̄libet indeterminate Et iō vt q̄sq; suis terminis sit ꝯtentus. Statuimus ꝙ Cracouieñ. castellan⁹ in trib⁹ dñtaxat locꝫ: vczt in Cracouia in Andrzeijorv ⁊ in Uijelijczka sua dz ⁊ tenetur iudicia ꝑtractare: al's tanq̄ a non suo iudice: quicq̄d factum fuerit vel iudicatum: nullā habeat facultatē Idē de Castellano Sandomirieñ. ⁊ alijs fieri statuimus

In terra Cracouieñ. tribus in locis iudicia tenēda Cracouie. andrzeijow ⁊ in wieliczka

Quib⁹ mōis misteriales citare debeāt

16

Uoniā ex mō citatiōs nōnulla grauamina: et oppressiōes ꝑ nr̄os iudices seu officiales: nr̄is subditis euenire cōsueuerunt. Et ideo eisdem g̃uaminib⁹ ⁊ opp̄ssiōib⁹ volētes obuiare. Statuimus ꝙ ministeriales siue officiales: ꝑ nos seu quoslibz iudices deputādos fore ⁊ eē: in hunc modum formādaz vl' faciēdam citatōez: ꝙ ip̄e ministerial' cum suo solito baculo accedere dz ad dñm ville ꝓ quocunq; etiam excessu fuerit citand⁹: ⁊ omissis eiusdē ville villanis in pace ⁊ trāq̄llitate illis relictis ad domuz seu ad portā eiusdē dñi: suo baculo tangendo ⁊ clamādo eundē citet. Lr̄asq; citationis porrigat. Exponendo nihilominus in dcā citatiōe contenta: de cui⁹ videlicet iudicis mandato: et ad cuius instantiā ⁊ ꝓpter quā causam fecit eandē citationē. ¶ Si autem eiusdē ville villani ⁊ ipse dñs ville fuerint simul culpabiles: volumus ꝙ eodemmō tāgēdo portā cuiuslibet villani seu Rmethonis clamādo faciat: similimō vt premissum est citationē. Qui villani si nō fuerint culpabiles in delicto sui dñi: volumus ⁊ ꝓhibemus omnino ꝙ ꝑ eandem citatōnē quomodolibz nō grauentur nec fatigentur. ¶ Tamen plerumq; in ꝯtemptum ⁊ odium dñi ville: ⁊ ex rācore cōsueuerunt aliq̄ villanos indebite fatigare ⁊ molestare. Quare huic morbo mederi volentes. Statuim⁹ ꝙ q̄ncunq; ip̄os

Misteriales cū baculo: citatiōes ad domos citatorū deferant. clament citādo et citationē porrigant.

Si villani citantur in cuiuslibet domo. portam tangat ministerialis

Si villani maliciose citant̄: pena decernitur quindecim

villanos absq; iusta ⁊ legittima rōne citatos ⁊ vocatos eē ꝯstat. Qz ille extrahēs citationē: ⁊ q̄ hoc maliciose ꝓcurat puniatur pena q̄ dr̄ pijathnadzescha. Et eo dēmō volumus fieri citationem predictam vbi sine delicto dn̄i ville ipsius fuerint villani: cōmuniter vel diuisim culpabiles vel delinquentes: ita ꝙ ad portā tangēdo quēlibet ipsoꝝ citare teneatur. mō: ⁊ ordine supius expresso: cessante qualibet oppressione suprascripta

De hijs q̄ inopinate et ex īprouiso citāt̄ in curia regis vel ad iudiciū euocantur.

17

☞ Inopinate aut ī curia citatis. debite causa exponatur: ꝑ iudicez. seu actorē ⁊ in scriptodetur.

p Reterea cuz in delib̄atōe ꝯsistat mater v̄tutuz ip̄a discretio: cōtingit plerunq;: ꝙ aliq̄ nr̄i familiares vl' alij quomodolibet in curia nr̄a cōstituti: vel in iudicio arrestati inopinate ad nr̄am. vl' iudicis audiētiā euocātur. Et qōnes de q̄bus minime cogitauerunt eisdē mouētur Idō ꝑti vtriq; ꝓuidere cupientes: ⁊ vt dicto mō citati cum bona deliberatōe ⁊ discretione: sup ꝓpositis rn̄deant. Neue actores suis q̄stionib⁹ siue causis frustrētur. Statuim⁹ ꝙ cum aliq̄s in nr̄a curia vl' in iudicio inuētus: ⁊ ad nr̄am vel nr̄i iudicꝫ pn̄tiā: fuerit mō p̄misso euocat⁹ actor seu ip̄e iudex questionē siue causam debite citato exponere: ⁊ in scriptis tradere. teneatur: ⁊ ad rn̄dendum eidē q̄stiōi: vt al's pz

☞ Propositiōi ꝓ hereditate quadraginta marcarū Terminus triū septimanarū ꝓ minori vl' ꝓ iniuria ad crastinuz datur

¶ Si q̄stio fuerit hēditaria vl' ꝓ mag̃ pecunie summa. scz ꝓ q̄draginta marcis: termin⁹ videlz trium septimanaꝝ: ꝑ iudicē eidē assignetur: al's si ꝓ minori debito: vl' ꝓ iniuria verbali. incrastinum terminus ꝓrogetur.

De citationibus ministerialium sine iussu iudicis.

18

Misteriales sub pena priuationis officij et honorū nō citent. iudice irrequisito. al's cauterisationis penā formidēt

f Lebili querela sepius recepimus: ꝙ ministeriales ꝑ terrā girantes ⁊ cursitātes: paupes villanos vel religiosorum villas aut paupes: milites ceterosq; subditos nr̄os. fatigandi. vel vexandi. modos exq̄sitos adinuenerīt Ita ꝙ si alicuius ville pauperes milites: aut villani religiosoꝝ: eos pro bn̄placito ipsoꝝ officialium: quibuslibet expensis. nō ꝑtractāt nec ꝓcurāt. Idē ministeriales: ip̄os paupes: nobiles:

aut villanos sine culpa seu causa: ⁊ absq; iudicis prece pto citant occasiōe vexatiōis faciende: terminos eis ꝓ libito sue voluntatis. assignātes Sicq; idē ꝓ paupes mi lites seu villani volentes redimere hmōi vexationes: ⁊ molestationes. sepissime de certa pecunie summa cuꝫ eisdē cōponunt vñ nos hmōi malicie: ⁊ machinatioui obuiare volētes. Statuim⁹ ꝙ deinceps ministeriales sub pena priuatiōis sui ministeriat⁹ ⁊ p̄uatiōe omniuꝫ suoꝝ bonoꝝ absq; speciali iudicis mandato. aliquā ci- tationē. facere nō p̄sumāt. al's p̄missam penā. ⁊ in facie adustionē ⁊ notationē. nō immerito poterint formidar̄

De his qui cū strepitu: et impetu ad iudicium veniunt in amicorum causis.

19

Plerunq; fit ꝙ aliqui ꝓpter causas consangui neoꝝ vl' familiariuꝫ suoꝝ ad iudicia veniētes ꝑ strepitum et importunā ipsoꝝ acclamationē ⁊ infestationē sententiā seu victoriā causaꝝ reportare cō sueuerunt: vñ sup hoc ꝓuidere volentes. Statuimus ꝙ deinceps nemo cuiuscunq; status vel cōditionis exi stat: ꝓpter cām ꝯsanguinei: vel familiaris aut ꝯuitorꝫ ad iudicium venire tali mō nō seruata q̄dā reuerētia et discreta decētia p̄sumat Q; si q̄sq; ꝯ facē p̄sumpserit pe na q̄ dr̄ pijathnadzescha nr̄e camē applicāda puniatur

☞ Ad iudiciū cuꝫ clamore veniētes et ꝑ assistētiā vincētes penam quindecim debeant regie came re applicandam.

De hijs qui citati: se excusant per domi nos referendo se ad illos tanquā ꝓ alte rius crimine citarentur.

20

Contingit etiā ꝙ dum aliq̄ ꝓ quibusdā crimi- nibus ⁊ delictis ad nostrā audientiā euocātur nominant dominos et quoslibet ip̄orum supe riores allegantes. Q; auctoritate ⁊ mandato suorum dominorum et superiorum. huiusmodi crimina et deli cta commiserunt. Ueruntamen q̄uis aliquibus tēpo- ribus: contra rationem fuerit obseruatum: quia huius modi malefactores ꝑ eandē nominationē a pena libera bātur: q̄ nominatio ꝯtinet in se errorē intollerabilē Ex eo ꝙ directe contrariatur p̄cepto diuino: vñ nos atten

☞ Quilibꝫ citatus existens rn̄dere ꝑ se debeat. nō referendo se ad p̄ceptorē cui⁹ iussu fecerit.

dentes: q̄ peccata teneant: suos tantummodo actores
7 scōm canonicam equitatem nominatio in delictis nō
vendicat sibi locum: nec liberat delinquentem: ostēsio
actoris delicti. Statuimus: q̄ citati pro quibus libet
criminibus: 7 delictis in nostro iudicio: iudicentur: et
respondere teneantur. Et conuicti: debita pena puniā-
tur. Non obstante predicta qualibet nominatione. Eti
am si super hoc priuilegijs nostris vel nostrorum p̄de-
cessorum essent communiti Que q̄tum ad hoc. vt per
niciosa 7 erronea cassamus: irritamus: 7 reuocamus.

☞ Citati 7 in iudi-
cijs nominati si rñ-
dere noluerint. 7 iu-
risdictionē regis de
clinarent p̄ cōuictis
decernuntur

¶ In hereditarijs vo: et alijs quibus libet questioni-
bus citati 7 in nostro iudicio nominati: tales si nostraz
iurisditionem declinare voluerint: nolentes eas dē que
stiones in se recipere decernimus q̄ extunc predicti ci-
tati: cuiuscunq̄ status et conditionis existant habean-
tur pro conuictis.

21

Nullus debet citari: nisi per ministeria
lem: excepto vbi sit pro crimine recenti.

☞ Per ministerialez
semp fit citatio. in re
centi excessu fit etiaz
per familiarem.

Ossibilitas hoc dictat rōnis. q̄ iudices in ex-
p ercendis suis iudicijs hēant suos certos mini
steriales seu officiales. Quapropter statuim⁹
q̄ penitus null⁹ iudex p̄ aliquā aliā p̄sonā quā p̄ certuz
suum officialē seu ministerialē faciat 7 expediat suas ci
tatōes Milites āt supiores p̄ līas Excepto hoc si aliq̄
crimen in iudicio. vel in curia iudicij receter: 7 de nouo
cōmittatur: tunc p̄ huiusmodi crimine: per quemlibet
familiarem contra tales: liceat fieri citationes.

Citatio realis.

22

De illo qui extrahit et p̄curat cōtra ali-
quem citationem sine legittimo actore

☞ Nulla citatō sit
danda. vbi actor nō
esset. qui aliter p̄cu-
rat fieri. quindecim
penam debeat.

Reterea q̄cunq̄ p̄sidentes aut ip̄or officiales
p vel eor familiares aliq̄s maliciose laborib⁹ 7
expēsis grauare volētes. Cupiētesq̄ 7 elabo
rantes emungere 7 extorquere aliq̄d pecuniaz aut re-
rum ab innocētib⁹: p̄ vexatiōe redimēda: q̄z⁹ penit⁹
nihil hēant cause: seu q̄stiōis aduersus eos dē faciunt 7
p̄curant diuersas citatiōes: finguntq̄ 7 dictāt causas
Idcirco statuimus q̄ siq̄s citauerit vel procurauerit:

aliquē sine legittimo actore vulgariter przes porvod a tal'r citans vel ꝓcurans talem citationē penā pijathna dzeijscza: soluē citato teneatur: ꝓhibētes nihilomin⁹ Castellanis: et quibuslibet iudicibus: ⁊ subiudicibus Q̄ deinceps sine certo actore: ⁊ causa expressa: non debent decernere: nec dare aliquas citationes

De illis: qui sunt in remotis partibus qualiter sunt citandi.

23

☞ Parte aliq̄ citata existente ⁊ allegāte. q̄ ꝓpter absentiā coheredis in remotioribus agētis nō esset rñsurus. decernitur ille absens citandus in prochia

d Um aliquis pro hereditate citatur: et cōmparens in iudicio maliciose opponit. Q̄ Petrus vel Johannes in remotis partibus est constitutus. coheres eiusdem hereditatis: cum tamē forsan idem Petrus vel Johannes nihil iuris habeat ad eandem. Ideo ille citatus dicit se non teneri respondere: ꝓ eadem hereditate. Propterea q̄ Petrus et Johannes coheredes sui agerent in remotioribus. Quapropter statuimus q̄ taliter Petrus vel Johannes in iudicio nominatus de mandato iudicis: in aliquo eminenti loco: vel circa parrochiam: de qua parrochia: est hereditas: pro qua eadem questio mouetur: per ministerialē tribus vicibus publice proclamando: ad ꝓsequutionē seu defensionem cause ad certum locum. et terminum debebit citari. Quo non comparente ipsius contumacia: seu absentia non obstāte: ad decisionem seu diffinitionē cause: licite: per sententiā diffinitiuā procedatur.

De pignoratione quot boues sunt recipiendi pro contumacia.

24

☞ In pignoratōe ꝓ cōtumacia. a dominis duo boues a villanis ꝑ vnū recipiantur.

e Xpientia nos edocuit q̄ qñq̄ nō ꝯtumaces ꝓ ꝯtumacib⁹ vl' ipi ꝯtumaces: etiā moduz ⁊ illd

quod iustum et equum est excedendo. pro contumatia puniuntur. et grauantur: In eo videlicet. ꝙ dum in aliq̄ villa pignora recipiuntur: vbi sex boues fuerint recipiēdi. triginta. vel quadraginta recipiebantur. Et antequam ad locum debitum depellebantur. per moduz rapine in non modicam pauperum destructionem. diuidebantur. et consumebantur. Ideoqꝫ ad subueniendum: huic morbo pestifero. Statuimus ⁊ ordinamus Certam quandam mensuram ⁊ obseruantiam videlicz ꝙ pro prima contumatia punienda Ministerialis cum duobus famulis. iudicis ad villam accedens. sicut al's premissum est. Si dominus ville tantummodo fuerit culpabilis. in duobus bobus dumtaxat impingneretur. Si autem Kmethones aut villani extiterint culpabiles et citati contumaces. quilibet eoꝝ tantummodo in vno boue pigneretur ¶ Et idem decernimus: ꝓ secunda contumatia. esse faciendum. et obseruandum.

Pro scd̄a contumatia eadem fit que supra pignoratio

¶ Si autem tercio dominus cum villanis fuerint contumaces. decreuimus ꝙ contumax causaz. pro qua dinoscitur esse citatus. perdat. et cedat ab ea per sententiam indicantis. ¶ Declarantes nihilominus. ꝙ dicti boues pignoratici per ipsos iudices In estate duabus septimanis In hyeme v̄o diebus octo absqꝫ aliqua distractione obseruentur. volentes deniqꝫ: ⁊ decernētes ꝙ dicti boues pignorati. sine pena cuiuslibet cōtumacie tantummodo nobis et iudici nostro applicentur.

Tercio contumax causam perdit pro qua citatur.

Pena contumacie seu pignus in estate post duas septimanas ī hyeme p⁹ octo dies distrahēt

¶ Decernimus etiam et statuimus ꝙ si predicto ministeriali deputato ad eandem pignorationem cum familia ipsius iudicis villa pignoranda per dominum ville et villanos non permittatur pignorari. iuxta predictā seu premissam imitationem: vel si ipsa pignora habita per eosdem dominum aut villanos in villa vl' ante villam seu in via recipiantur violenter: dolum et rebellionem eorum puniendo volumus ꝙ penam pijathnadzesczija: que dr̄. xv. al's idē rebelles nobis et iudici soluē teneātur. Et nihilomin⁹ cuz alia pena sijedmaczijesczija eadē pignora denegata vl' violēter ablata inteḡliter obs̄uaē aut assignare teneātur. Qui si in dādis pi

13 Renitens pignorationē aut eam adimēs penā pijatnadzijesczija. soluat. ⁊ nihilomin⁹ et pignora sit daturus. al's debetur camere pena sijedmadzijeschija.

gnoribus predictis et in satisfaciendo de penis predictis. fuerint dolosi ⁊ rebelles: ita ꝙ forte iudex. propter potē-tiam eorundem ad puniendum et pignorandum eosdē pa-uesceret volum⁹ ⁊ decernim⁹ ꝙ pena Szijemdzeszanth dicta nostre camere applicanda puniantur.

De pignoratione et modo pignorationis.

Preterea quia per frequentem. et immoderatam pauperum pignorationem. plerique ipsi plurima damna. et oppressiones multiplices. paciuntur. videlicet in eo. ꝙ cateruatim. et in turmis. non per modum iusticiarie potestatis. ad aliquam villam pignorato res accedentes. damnabiliter et interdum. absq; iudicis mandato. et sine culpa domini ville vel villaꝝ. comittere plurimas presumunt rapinas. pretextu pignorationis. Quapropter super hoc prouidere volentes. Statuimus ꝙ deinceps iudex vel subiudex. ad impignorationem faciendam non plures quā duos familiares. cum ministeriali transmittat. Et ꝙ sine culpa. vel causa. aut non condemnatos: seu conuictos: aut in iudicio non confessos ipse iudex vel subiudex. non presumat. nec premittat pignorare. Q; si ip̄e iudex: vel aliqui alij: quauis auctoritate. vl' potius propria temeritate. vel presumptione. pignorare. vel potius rapinas. committere presumant. precipiendo decreuimus. ꝙ peccora vel quaslibet alias res. ratione impignorationis ablata. et recepta Judex domino ville. vel villanis ville eiusdem. asserentibus. se indebite. ⁊ cōtra iusticiam. esse pignoratos. remota et cessante qualibꝫ difficultate. eadem pignora integraliter ⁊ ex toto. premissa tamen: ⁊ recepta fideiussoria cautione. restituere teneantur. Termino eidem ville domino: aut villanis pignoratis. ad oñdēdum suā innocētiā ⁊ iusticiā assignato Et nihilomin⁹ vt audacia ⁊ temeritas pignorātium restringatur decernimus ꝙ dum premisso mō patefctā fuerit eoꝝ innocētia Judex ⁊ sb̄ iudex q̄ tenēt iurisdictiōꝫ ab om̄ib⁹ ⁊ singul' q̄ fuerint in dcā in pignoratiōe vl' potius rapina

☞ Ad pignorationes duo familiares ⁊ ministerialis tercius dūtaxat mittendi attñ non cōdēnatus nec cōfessus fit a pignoratiōe liberalis iudex ad fideiussoriaꝫ pignora reddat. ⁊ cognita innocentia restituat. pignoratores quoq; q̄libet eorū penā qui deciꝫ pignerato soluant.

qui vl' auxilium prestiterunt. Et a quolibet illorum in speciali recipiant penaz pijadnadzesczha domino ville pignorato damnumq; passo. persoluendum.

De pena Szijedmdzeszijath q̄ndo sit decernenda.

26

Decernenda ē pena septuaginta ꝓ incēdio ꝓ violatōe strate publice. ꝓ armis in iudicio extractis ꝓ non paritione iudicati: dū a iudicio recedit cōdēnatus.

Vt itaq; certa mensura. ⁊ regula de pena. que cōsueuit nostro fisco. siue nostre camere applicari. que Szijedmdzeszijath: dicitur habeatur. Statuimus q̄ tm̄ in quatuor casibus infrascriptis: et non in pluribus. nostre camere applicetur. Primus casus est ꝓ incendio: vt dum aliquis de incendio accusatus. iuxta formam iuris legittime se nō poterit expurgare. Secund⁹ casus. vbi aliquis de violentia. siue spolio publice strate. accusatus fuerit ⁊ defecerit in sui expurgatione. Tercius casus vbi aliquis iudicium nostrum paruipendens. corā iudicio cultellum vel gladiuz presumserit extrahere. Quartus casus cum aliquis iudicatus ⁊ condemnatus: iussusq; satisfacere vel sufficientem fideiussoriam cautionem facere contempserit. Et de iudicio per suam rebellionem discesserit. non prestita predicta cautione volum⁹ q̄ p̄dicta pena. in p̄missis quatuor casibus. nr̄e camere applicetur.

De contumatia actoris et rei.

27

Actore nō cōpente reus absoluitur.

Actor faciat. ⁊ procuret ad causam reum citari reo itaq; in termino comparente. actore totaliter se absentante decernimus ob contumatiam actoris que est maior quā rei ipsum reum causam obtinuisse.

Reo nō compente boum duorū pena ꝓ contumacia decernitur.

¶ Si autem reus parere in termino sibi assignato non curauerit actore per se vl' suum nuncium comparente decernimus. quod pro huiusmodi contumacia reus duoruz boum pena mulctetur.

De his qui pro hereditate. aut debitis citantur.

Jcet in pluribus casibus celeritas cōmendetur: tamen eadem celeritas, in iudicijs et causis expediendis rationabiliter quandoq; non est obseruanda, sed potius amplianda, et dilatanda. Ex eo q; iudicantem cuncta oportz rimari. Jdeoq; statuimus Qz si aliquis super capitali hereditaria questione, primo, secundo et tercio citatus non comparuerit, a iudicioq; se contumaciter, in termino sibi assignato absentauerit: tunc ob contumaciam eiusdem citati: actor in termino tercio, r pēptorio: p iudicem admittatur sentētia diffinitiua mediāte: in verā eiusdem hereditatis possessionē et ab omni iure eiusdem hereditatis, et ipsius qualibet venditione, per iudicis sententiam reus decernatur, et pronuncietur cecidisse. ¶ Si autem questio erit personalis: puta pro pecunia debitā, aut quibuscunq; rebus obligatis Et primo secundo et tercio termino citatus, contempserit, vel in termino, parere neglexerit sibi assignato, decernim⁹ quod tunc creditoz quarumlibet reruz obligataruz sibi post certum terminum per sententiam iudicis prefixum distrahendi et alienandi auctoritate iudicis, plenam habeat facultatem. ¶ Jta tamēq; si auctoritate p̄missa res obligate distracte r alienate minoris valoris inueniantur et existant tempore alienationis quā fuerit pecunia obligata seu credita. Et ipse creditoz pro summa pecunie per ipsum simpliciter: r sine aliqua cautiōe credita vadiuz receperit: sufficiat creditori vadium, qui nulli alteri quā sibipsi, q; simpliciter vadium receperit imputabit. Sed si conditionem creditoz apposuerit circa res obligatas maioris vel minoris q̄ntitatis Si pro minori pecunia res obligatas alienauerit, debitoz per iudicem decernatur, credite pecunie summam adimplere. Si vero p maiori summa pecunie res alienauerit obligatas, residuum quicquid fuerit: vltra summā creditā debitori creditoz restituē teneatur

☞ In causis p hereditatis ꝓprietate motis fit ad terciaz vicem citatō: sed in tercio termino contumax hereditatez ꝓdit r actori intromissio decernitur

De accusato pro violentia.

29

Reterea vt calumnijs via precludatur. Statuimus q; si aliquis bone fame, in iudicium, pro quibuslibz violentijs euocatur: actor teneatur quod asserit cōprobare: alʒ reus tantummodo, proprio iuramento se valeat expurgare.

☞ In causis pecuniarū debitorū r aliaz rerū citato ad terciū terminū nō cōparente, distrahendas res, iudex decernet.

☞ Pignora dum distrahuntur iudice decernente, creditor obseruet non excedere cōditōnes et summas in obligatione nominatas

☞ Pro violentia accusatus iuramento se purgabit si actor nō probauerit.

Cum aliquis de furto accusatur per aliquē de eodem distrīctu vel de vna parrochia.

30

Accusatō pro furto fieri dz infra annuz. inter psonas de vna prochia. aut distrīctu. āno decurso accusatus. p testes: se expurgabit.

s Si aliqui fuerint eiusdem parrochie. seu distrīctus t de furto quarumlibet rerum vnus alium ad iudicium voluerit euocare. Statuimus quod infra annum tantummodo. ad hoc faciendum liberam habeat facultatem. Si vero secussfacere voluerit. annoq; elapso. eandem mouerit questionem. tunc accusatus rationabiliter. per idoneos testes. teneatur et potest. se comprobare in facto esse innocentem.

De Ciuibus vel Mercatoribus aliquid in mutuum dantibus terrigenis.

31

Terrigena debitor exīstens ciui per testes vincitur ad debiti solutionem al's negātē terrigenā iuramentū ab impetitione absoluet.

f Inē litibus imponē cupiētes. Statuimus vt si q̄s ciuis aut creditor p̄ānos aut al's res. seu mercātias. alicui terrigene mutuo concesserit. preter litteraz obligationis in qua constare posset. de debito suo. Ciuis agens probabit per testes talem ꝯctum initum secum. Et probans iudicialiter obtinebit: al's reus negans debitum. per proprium iuramentum prestitum ab impetitiōe agētis absoluetur.

De Nobilitate inculpata.

32

Mobilitatez pbare volens ser testes p̄ducere debet duos de sua genelogia: et quatuor ab auis et matre.

1368.

n Nobilitatis stirpes ex progēitoribus eorum ducunt originem semper Quoz nati progressum de genelogia approbare eorum fideli testimonio cōsueuerunt Siquis itaq; dicat se nobilem aut illustrē. Et ceteris nobilibus. hoc negantibus asserat se parem ad probandum sue genelogie nobilitatem. debet inducere sex nobiles viros seniores duos de sua stirpe genitos. et hȳ duo iurati. dicunt q̄ sit eorum frater Et de domo. ac stirpe eorum paterna procreatus de scōa et tercia genelogia etiā per duos testes producendo.

De eo qui vulnerat aliquem vitam suam defendendo.

a Ccepimus qd̄ Petrus insequēdo Joannē grauiter in platea vulnerauit. Qr cum Joannes in iudicium deduxisset petr⁹ Licet ꝯfiteatur. se Joannē vulnerasse Tamen asserebat se hoc fecisse necessitate cōpulsum. ꝑ ipsum Joannē. q̄ ab initio et antea. ip̄m Petrum vulnerauerat. quod idē Petrus offerebat se ꝓbaturꝝ. Nos itaqꝫ in tali casu decernimus ipsius Joānis ꝓbationem esse admittendā sup̄ eo. ꝙ dum in platea Petrus ip̄m Joānē inseq̄retur vulnerauerit. Cuꝫ dict⁹ petr⁹ nō vitā d̄fendēdo ꝫ iniuriā sibi al's illatā vlciscēdo Joannē uoscitur vulnerasse.

☞ Qui ex initio alterius vulnerat vitam defendēdo hoc si poterit probabit Al's vulneratus ꝓprio iuramēto vulnera obtinebit

De illo qui accusat̄ de furto apū ⁊ Mellium

p Etrus traxit Joannē ad iudicium. asserens quod apes seu mellificia ip̄ius tp̄e nocturno. furtiue ad domum ꝓpriā deportasset. quod se offerebat probaturum Joannes v̄o. negabat se h̄ fecisse. Sed dicebat: ꝓprium suum mel. vt decuit in domum suā ꝓpriam portasse. Tandē petrus ꝑ iudicē. pluries interrogatus. Si ꝑ eos qui vidissent apes. seu mellificia sua. ꝑ Joannem recipi. et in suā domum deportari intentionē suā. posset ꝓbare Petrus respōdit. Quod tales testes de visu nullo modo posset habere. Nos itaqꝫ Statuēdo decreuim⁹. in tali casu iuramētum Joanni imponēdum. Si al's fuerit bone fame Et pro expurgatiōe asserēti. ꝙ ꝓp̄ium suum mel in domuꝫ d̄portabat.

☞ Accusatus ex. Mel aut Apes furatus fuerit. si bone fame est. et asserit proprium. Mel suum tulisse Juramēto se expurgat. actore visum furtum. non ꝓbante

Qui inuadit domū alterius manu violēta et vulneratur. et alios vulnerat in domo

p Etrus deposuit contra Joannē. qd̄ sibi quatuor inflixisset vulnera Joānes vero fatetur. hoc se fecisse. ex eo. quia manu armata. domum ipsius inuasisset. et in eadē inuasione. matrē. aut sororem. vel vxorem. seu filiā. sibi. vulnerasset. Quod vulnus. refert ꝑ ministerialē. cōspectum. vel visum fuisse. obtulitqꝫ se probaturum. Tamen ministerialis interrogatus ꝑ iudicē. negauit se p̄dictum vulnus vidisse vel cōspexisse Et quia post negationem ipsius ministerialis. idē Joannes. mox predictum

☞ Accusans aliquem pro vulnere. si accusatus fatetur se fecisse circa dom⁹ inuasionem in qua accusans nōnullos in domo vulnerat. Si Ministerial' nō fatebit̄ visa vulnera vulneratoꝝ i domo accusato testes ad ꝓbandū iure dant̄

vulnus. matri sue illatum. ꝑ alios idoneos testes. q̄ dictum vulnus viderunt. et cōspexerunt. se offerebat ꝓbatuꝝ. Nos in tali et simili casu. decernimus eundē Joannem. ad ꝓducendum testes. de calumnia fore admittendum

De vulneratis in discordia et de seipso vulnerato.

☞ In contētione si fit calumniatio ꝓ vulnere affirmato. ꝙ alius seipsuꝫ vulnerauerit. datur ꝓbatio. sed extra discoridiā vulnus allegatū iuramēto vulnerati probabitur.

36

Querelam Petrus deposuit de Joanne. Qꝛ ip̄m vulnerasset Joannes vero constanter asserebat qđ Petrus seipsum vulnerasset. quod offerebat se legittime ꝓbatuꝝ. Nos autē in tali casu duximus distinguendum. Qꝛ si in cōtentione et discordia Joānes asserit Petrum seip̄m vulnerasse tunc Joānis ꝓbationes sunt admittēde. Si autez extra omnē ꝯtentionē. et discordiā Petrus esset vulneratus tunc vt ē moris dicim⁹ petri iuramētuꝫ fore ⁊ eē admittēdum

An testibus in causis ꝓductis. obici possit excommunicatio.

☞ Testibus ꝑ Excōmunicationē obiectam īculpatis existentibus. dat̄ Jus alios testes producēduꝫ. si alios habere non possit. obtineatur primis absolutio ꝑ cautionē. aut promissionem si non esset cōcessa. censeant̄ absoluti eē testimoniuꝫ velud ydonei perhibituri

37

Per experientiā didicimus. ꝙ sentētia excōmunicationis. in ꝓducendis testibus. maliciose plerumqꝫ consueuit opponi. Ex qua oppositione pululabat. oppressio veritatis. vn̄ circa eandē exceptionē. sic duximus statuendum. Qꝛ cum aliquibus testibus ꝓducēdis. fuerit obiecta exceptio excōmunicationis. ꝓducēs testes eosdem. absqꝫ sue cause lesione. alios testes. si potest nominandi. et ꝓducēdi plenā et liberam habeat facultatē. Si v̄o nō poterit alios testes nominare. vel habere. p̄ter eos. q̄bus obijcitur sentētia excōmunicationis volumus qđ his. ad cuius instātiā fuerint excōmunicati. debito modo. scilicꝫ cum sufficiēti fideiussoria caucione. vel iuratoria depositione. cum reuerētia. aut satisfactione. req̄ratur. et petatur qđ eisdem testibus excōmunicatis ad ꝑhibēdum tantummodo testimonium. et subueniendum. veritati. ne veritas opprimatur. beneficium absolutionis impendat. Qꝛ si excōmunicator. premisso modo petitus. ꝓ testimonio perhibendo. bn̄ficium denegaret absolutionis hmōi. postulātes. veniā ⁊ absolutionē. quātum ad deum censeātur obtinere. Volumus et decernimus. ꝙ extunc absqꝫ vulneratione cause. testimonia eorundē testium. ꝑ iudicē recipiātur ⁊

habeant ipsorum testimonia firmitatem

De testibus consanguineis ⁊ in ꝓbatione contractuum et venditionum

c Onradus a dn̄ico domum vendicabat. Et ad suam intentionē ꝓbandā Conradus sex testes. iuxta iudicis mādatum ꝓduxit. Quoꝝ primus testis Jacob⁹ alter Petrus ipsius Conradi cōpater. et mediator. seu amicabilis cōpositor in eadē causa. quē ipse dominicus. cum testes in iudicio scd̄m consuetudinē nominarētur. neglexit impugnare. nec huiusmodi ꝯsanguineitatē. obijcere demuz circa testium iuramētum. opponēdo p̄dictus dn̄icus. testimonium dicti Petri. ꝓpter prefatā cōsanguineitatē. ꝯstanter asseruit nō valere. et sic dicebat se causam eandē obtentuꝝ. Nos cōsiderantes. Qꝛ amicabiles cōpositores. seu mediatores. consanguinei esse cōsueuerunt. Declaramus in tali casu testimonium predicti Petri pro Conrado valiturum.

☞ In probatione bonorum vēditoꝝ consanguinei. q̄ cōmuniter in cōtractibus mediant. licite testificabuntur

De Prescriptione hereditatis petende

c Um prescriptio. ꝓpter segniciem. et pigriciā dominorum sit instituta. Proinde statuimus. et decernimus. ꝙ si aliquis credit. vl̄ reputat se habere aliqd̄ ius. ad aliquā hereditatē. quā aliquis presentialiter possidet Si infra tres annos. et tres menses. tp̄e pacis. et cōcordie sustinet. et patitur pacifice ipsum possessorē. possidere eandem hereditatē. ita tamē qd̄ licet possit de facili. infra p̄dictuz tp̄s et spacium trium annoꝝ et mēsiuz. ad ip̄m possidentē venire vel corā iudice cōuenire eundē tn̄ immotā eandē reliquit questionem et passus est possidentē. extunc ab omni iure hereditatis. quomodolibet sibi cōpetente. censemus eundem post decursum trium annorum. et trium mensium cecidisse.

☞ Possessor triū annorum. et trium mensium. nl̄lo iure vincit̄. nisi cōstaret. ꝙ interi. nō potuit aliquis iure aggredi possessorē pacis tempore

De prescriptione obligate hereditatis. redimende vel non redimende

s I v̄o aliq̄s dedit bona q̄dā hereditaria. in obligationem. seu pignorationē. volumus et decernimus qd̄ idē sic obligās. aut eo deficiente eius consanguinei.

☞ Obligatā villā si vnq̄ redimere cupiat ānuatim ī parrochia aut ī iudicio notificet. Et obligationē et summā sic etiā ꝑ ānos triginta ius ꝓprietatis redimēde. nō ꝑdet. ſz ꝑ ꝯinuos q̄ndecim ānos silēdo silētiū habitur⁹ erit ꝑpetuuz pacis tp̄e.

aut proximiores in gradu. corā iudice nostro si saltē ipsius p̄sentiā habere poterit. vl̄ in parrochia illa. vbi impignorata illa hereditas. sitta ē. aut p̄sertim in colloquio generali. faciat fieri publice. semel adminus in anno vnam protestationem. et denunciationē. obligate illius hereditatis. nomēq̄. et summam pecunie. pro qua impignorata extat. exprimere faciat. q̄ ꝓtestatione sic facta. et denunciatione dictus obligās. aut ꝓximiores eius. in gradu vt p̄missum ē. infra triginta annos redimendi et liberandi predictā. hereditatē. plenā et liberam habeant facultatē. Q̄ si nō curauerint. vel neglexerint. ꝑ continuos quindecim ānos. dictā facere ꝓtestationē ab omni iure hereditatis. sic obligate senciant se cecidisse.

Quā habitura est prescriptionem. Mulier Maritata. ad actiones per eam mouēdas pro hereditate

Mulier Maritata. decem annorū prescriptione gaudeat ad recuperationem per eā bonoꝝ pacis tempore

41

m Ulier maritata. ad aliquā hereditatē. dicens et credens. ratione dotis. vel quolibet alio mō se ius hr̄e. et ad eam ꝑtinere. si infra decē annos non curauerit. vl̄ neglexerit ꝓ eadē hereditate questionē intentare. ita quod infra idē tempus decem annoꝝ. tp̄e pacis. et concordie. paciatur possessorē pacifice. ⁊ q̄ete possidē. extunc d̄cernim⁹ Q̄ eadem mlr̄ ab omni iure hereditatꝫ eiusdē se agnoscat cecidisse

Vidua quā habitura est. prescriptionem ad actiones per eam mouendas

Mulier vidua sex annos p̄scriptionis habebit. sub eisdem iusticiam ꝓ bonis petitura. alioquin nihil vnq̄ petitura. pacis tp̄e

42

v Idua eodē mō asserēs aliquā hereditatē. ratione dotis. vel quomodolibꝫ alio iure. ad se ꝑtinere. quā hereditatem alius possidet. si infra sex annos. tp̄e pacis et cōcordie sustinuerit. vel passa fuerit possessorem ipsam hereditatem quiete possidere. decernim⁹ q̄ vidua. senciat se ab omni iure illius hereditatis cecidisse ipsi vero possessori. rōne prescriptionis. in eadē hereditate. plenum ius sit acquisitum Volumus tñ et declaram⁹ Q̄ p̄misse p̄scriptiones. tp̄e pacis et ꝯcordie. vēdicent sibi locum. Tempore autē guerraꝝ. seu discordiaꝝ. nullaten⁹ sibi locum debeant vēdicare. Sꝫ tunc oportebit. se salubri remedio eiusdē prescriptionis prouidere

iuxta discordiam. guerrārumq; qualitatem. ¶ Sicut et captiuis. per tartaros. nullā volumus fieri prescriptionem

☞ Per Tartaros raptis. nulla vnq̄ prescriptio opponatur

Seps quam prescriptionem est habitura.

43

☞ Seps in alieno rure posita. p duos annos. non impugnata biennij silentio perpetuabitur

f Ranciscus deposuit querelā. ꝯ egidium Q in ipius hereditatē. et fundum posuit sepes. Et intra illos sepes. oēs fructus. q̄s fecit et facere poterat percepit Egidius autē rn̄dit q̄ idē frāciscus. in eadē villa. die ac nocte pn̄s ē et fuit cum ipso. Et p duos ānos tacuit Nec vnquā āmonuit ipsum Egidium vnico v̄bo. ꝓ sepibus p̄notatis ammouendis. Nos itaq; attēdētes. desidiā seu pigriciā. ipsius frācisci. declaramus in hoc casu ipsi francisco. duoꝝ annoruꝫ obstare prescriptionem

Virgo seu orphana quam prescriptionem post depsonsationem est habitura

44

☞ Virgo. aut orphana. post sui despōsationem. Jure donatur triū annoꝝ et triūm mensiū p̄scriptione. ad petendam de ꝯsanguineis seu tutoribus iusticiam.

f Rācisc⁹ neptim suā Luciā in infantili etate ꝯstitutā orphanā cum bonis Cētum marcas valētib⁹. tuēdā et seruādā in suā accepit curā. tp̄e v̄o ꝓcedēte. ip̄am dum aduc esset minorēnis de viginti dumtaxat marcis. dotatam marito tradidit. Deinde stādo cum Marito. post q̄tuor ānos. eadē lucia. ꝓ residuis bonis. hereditarijs restātib⁹. vltra predictas viginti marcas. frācisco suo auunculo. ⁊ tutori mouet q̄stionē Frāciscus āt rn̄dit. qd̄ lōgo tp̄e post ꝯtractuꝫ matrimonium. p q̄tuor ānos videlicet nunq̄ fuit monit⁹. ꝓ rebus vel pro bonis p̄dictis. Nos itaq; talibus volētes casibus ꝓuidē declaramus et statuimus q̄ p̄dicta Lucia. postq̄ cum marito fuerit siue steterit. p tres ānos. et tres mēses. infra eosdē ad causam nō ꝓuocādo. siue sit minor ānis. siue maior. De cetero nō poterit. nec debebit agere. ꝓ quibuscunq; bonis. vel rebus residuis. obstāte sibi termino trium annoꝝ et trium mensium. taciturnitate et prescriptione.

In vēditione bonoꝝ seu hereditatum que prescriptio possessoribus data est

45

☞ Emens villam et maiorē partē nō soluēs. firmat̄ triū annoꝝ. et triū mensium possessione. vt cogat̄ vēditor. etiā nolens. et neglectā nō spernere solutionem. et contractū. non reuocare

f Ranciscus vēdidit gregorio hereditatē. ꝓ centum marcis. ꝓ q̄ ip̄e gregorius. statim q̄draginta marcas exoluit. residuā pecuniā ꝓmittēs in certis terminis

p̄ annos solutuꝝ. Et sic idē gregorius p̄ q̄tuor ānos. pacifice et q̄ete. nō facta totali solutione tenuit et possedit. p̄dictā hereditatē. Demuꝫ ꝓpe finem quarti anni. idē Gregorius emptor reliquā pecuniā offert se datuꝝ. et solutuꝝ Frācisco vēditori Frācisco v̄o nititur et q̄rit qd̄ possit rescindere. et reuocare eandē venditionē Cum p̄ tm̄ tp̄s. sibi total' solutio nō fuit facta nec subsecuta. Quapropter nos statuim⁹. et declaramus ꝓpter q̄etā et pacificā possessionē habitā p̄ tres ānos et tres mēses. vendicionē p̄dictā. perpetuā h̄re firmitatē obstante tanti temporis taciturnitate et prescriptione

46. **De p̄scriptione. petēde restitutōis frumēti**

☞ In repetēdo frumento mutuato. q̄tuor anni p̄scriptionem donant et imponunt.

Franciscus Gregorio mutuauit. viginti mensuras tritici. quas pluries monitus nō restituit Gregori⁹ āt quesiuit ab ipso frācisco. qn̄ sibi p̄dictum triticum mutuasset. Rn̄dit q̄tuor ānos eē elapsos Nos ip̄i frācisco imposuim⁹ silētiuꝫ ꝓpter tāti tp̄is decursuꝫ et suā taciturnitatē

De mēorialis. siue Pamijethne. Solutōe

47.

☞ Memoriale in causis hereditarijs vel nō hereditarijs magnis q̄tuor grossis. In minoribus causis duob⁹ grossis statuūt̄ soluend̄

Licet ꝓ redimēda pauperꝝ vexatione dudum solutio dicta vulgariter czeßne aut pamijethne. q̄ cōsueuerat iudici p̄sidēti. seu aliquā cām diffiniēte. applicari fuerit sublata et extincta. Tamē eadē solutio exq̄sito colore. sb̄ alio nomine quod d̄r pamijethne dinoscitur esse innouata q̄ d̄r esse. ꝯ p̄dictā solutionē. et eā trāscēdere ꝯprobatur. Vn̄ circa hoc modum imponere volētes decernim⁹ Qꝛ in causis hereditarijs. vel nō hereditarijs. magnis iudex pretextu solutionis p̄dicte Pamijanthne vltra q̄tuor grossos. exigere ⁊ recipe nō presumat in minoribus v̄o causis. tm̄modo duos grossos exigēdi. facultatem habiturus

48.

☞ Fratribus diuisis exūtib⁹. si alt̄ eorum citatur et p̄dit cām. nō poterit alij sui diuisi sentētiam impugnare ꝯmode tn̄ agere p̄nt ꝓ sorte quēlibꝫ ꝯtingēte. ex diuisione.

De Sētētia sup̄ hereditatē. diuisoꝝ fratrū plata. Et de fratrib⁹ diuisis. sentētiā talē impugnātibus. Ac fratrē indiuisum citatum.

Quamuis negocia mortua et finita. tāq̄ꝫ et q̄si ꝯ naturā suscitare difficile est. ⁊ retractare Reperiuntur tn̄ nonnulli. q̄ coloribus exq̄siti mortua ⁊ finita negotia moliuntur.

et conātur refricare. in hoc videlicet. Q̄ licet aliq̄ fratres. seu sorores cum fratre sint in bonis paternis. abinuicē sepati. et diuisi. Tamē si ꝓtingat qō aliq̄s fratrum eorundē. in q̄stione hereditaria. recipiat ꝫ se sententiā diffinitiuā postmodum alter ipsoꝝ accedens ad ꝓsentiā iudicis. allegat se contēptum Et ad eandē questionē. tanquā illum cuius intererat nō vocatum postulās ex hoc debere eandē sententiā retractari. Et sic huiusmodi sentētia. per talē petitionē cōsueuit retractari. vñ nos volētes qō in huiusmodi litibus certus finis habeatur. Statuimus q̄ vbi fratres vel sorores fuerint abinuicē in bonis paternis diuisi et separati. Si contingat vnum ipsoꝝ. in hereditaria questione. cōtra se diffinitiuā sententiā reportare alteri ipsorum postmodum. sit penitus interdicta potestas. infirmandi seu redarguendi sententiā eādē. ℨ ꝑ parte hereditaria dumtaxat ipsum cōtingente: mouendi questionē plenam habeat facultatem. ¶ Si vero huiusmodi fratres. vl̄ sorores cum fratre. non fuerint in bonis paternis abinuicem. separati et diuisi. Si ad annos legittime etatis peruenerunt. et habentes plenam discretionē. Volum⁹ q̄ in hereditate. ꝑ qua questio agitatur. vel ventilari speratur per ministerialē vt in alia ꝓstitutione docetur Terminus citationis iuxta edictum publice apponatur citando. vt si quis sit qui habet vel habere possit. aliquod ius in dicta hereditate. vel ad hereditatem. aut sua quomodolibet interfit. die ꝓtunc assignata veniat et compareat. ius suum ostensurus Alꝫ si post talem citationem. eo cuius intererat. non cōparente. diffinitiua sententia super eandem hereditatem ꝓferatur. cuilibet postmodum venienti. et volenti eandem sententiam. agere et refricare seu innouare. vt in casu precedenti. sit interdicta ptās Sed ipsam sententiam decernimus habere ꝑpetuum robur.

ℨ De diuisis pariter modo decernitur. fit tā citatio ꝑ Ministeriales. vt i ꝑ statuto. cōtra cum qui habet interesse videlicet contra absentē fratres indiuisum. si non cōparet citatus ille diuisus Sentētia cōtra eos ꝓlata ꝑpetuo decernitur valitura

De Fure. Utrum debeat insequi per Vicinos villanos. aut non

49

Agoth deposuit querelam. contra suos vicinos Q̄ cum equus tempore nocturno fuisset sibi Subtractus. Idē Magoth. cum instantia requisiuit. et petijt suos vicinos villanos. vt ꝑ vestigia eundem furez sequi

ℨ Vicini requisiti. ad insequendum furem pro auxilio. si insequi noluerint. ad solutionem furti cōdempnātur.

velint sibiq; esse auxilio quo a fure. suum equum habere posset. villani vero furem insequi recusarunt. et ita Nagoth predictum furem cum equo ammisit. Nos itaq; in tali casu declaramus. villanos ad soluendum equum. predicto Nagoth condēnandos.

De membrorum Mutilatione:

50

Mutilato petenti iusticiam pro Mutilatione. si mutilator negat. ⁊ mutilatus post āni decursum petebat. decernitur iuramentū cū duobus mettertius prestandū qđ ab illo accusato mutilationē haberet.

Petrus conquestus est. de Joanne. ꝙ ip̄um quatuor digitis in manu mutilasset Quod Joānes se fecisse negauit. Et quia idem Petrus pro eadem mutilatione. post annum elapsum. satisfactionem habere petebat. Nos itaq; in tali casu eundem Petrum. mettertium. pronunciamus iuraturum. ꝙ predictam mutilationem digitorum quatuor habuit a Joanne

De illo. qui se asserit. iniuste condemnatū

51

Sententia trāsit in rem iudicatā. a qua non fit appellatio. et qui iudicez post ea accusauit de sententia iniusta penam dabit ꝑ iudice statutam

Petrus agebat cōtra Joannem iudicem. qđ in causa. quam coram ipso habuit iniustam: et iniquam sententiam. contra ipsum promulgasset. a qua tamen sententia. quando ipsam. iudex idem tulit. Petrus non ꝓuocauit. nec appellauit: vulgariter Nijenaganijl. Nos itaq; huiusmodi sententiam iudicis. que non fuit aliqua prouocatiōe suspensa. vulgariter Nijenaganijona. Declaramus. transiuisse in rem iudicatam. predictum Petrum ad penam debitā al's pro iudicibus expressam. condēnantes

De Fratre seniore Citante et causam perdente. Junioreq;. litem eandem innouare. ac sententiam contra fratrem latam. impugnare volente.

Seniore fratre cām ꝑdente. absenti Juniori iura nō patrocinabunt̄ vnq̄. ad innouandū cām et impugnandā sententiam.

52

Falco pro hereditate agebat. ꝯtra Henricum. Henricus autem opposita longi temporis. prescriptione ac ipsam prescriptionem. vt debuit ꝓbauit. Judex

autem ipsum Henricum.absoluit ab eadē petitione. Silentium falconi imponendo.post hec veniens Nicolaus.iunior frater falconis.refricat.et innouat eandem questionem Nos itaq; finem.litibus imponere cupiētes. declaramus eundem Nicolaum fratrem iuniorem. predicti falconis. non esse audiendum.et sententiam iudicis.transire in rem iudicatam.

De Fratribus vnum Molendinatorem habentibus.

53

13. Fratribus aliquot vnum Molēdinatorē hītibus. si vnus eor. contra Molendinatorem pro sua iniuria. aliquid decerni procurat. ratum erit.

f Ranciscus falco:et Henricus.tres fratres habentes vnum molendinatorem Henricus tertius frater super quibusdam ipsius molendinatoris excessibus Coram iudice deputato.dato.vel electo debito modo.ipsum molendinatorem iudicare precepit.demum frater alter falco. veniens conqueritur de henrico.q ipsius molendinatorem. iudicasset et condemnasset Nos itaq; attendentes.q licz cuilibet.de iure prosequi suā iniuriam.declaramus ipsum Henricum.iuste et debite iudicasse

De bonis derelictis.post mortem villanorum.vel Ciuium absq; prole decedentium

54

13. Ciuium et Rusticorum.absq; ple morientium.hītiū tī consanguineos. dantur derelicta bona consanguineis. et calix pro marca. cū media. prochie assignetur

a Busiua consuetudine.noscitur esse obseruatum De cum aliqui Rmethones seu Rustici. vel alij ciules homines absq; prole.de hac luce decedunt.ipsorum omnia bona. mobilia.et immobilia: nomine vulgariter. Puscziisna dñi eorundē psueuerunt occupare. vñ nos eandē cōsuetudinem. vt veri contrariam et absurdam reputantes. Statuimus q de bonis eorundem decedentium.si tātum reperiatur in eisdē bonis.Calix pro Marca cum media Ecclesie parrochiali dandus comparetur Reliqua vero bona. ad proximos consanguineos.vel affines.Cessante quolibet impedimento.deuoluantur. prout equitas et iusticia suadent.

De equo in accōmodatione leso

¶ Equus accommodatus.et lesus. duabus seruet qte septimanis p ledentem.per quas.si nō conualuerit Fiat cō positio amicabilis pro eo.cum accommodante.

55 Icolaus exposuit querelam.contra Mathiam Q2 licet sibi equum suum sanum.ad certam viam.tāq3 amico accomodasset Tamē Mathias eundē equuz sibi restituit claudicantem Mathias vero respondit bona fide eundem equum.tanq3 proprium equitasse et seruasse Nec sciret vnde sibi veniret talis lesura. Nos autem in tali casu declaram⁹ predictum equum.infra duas septimanas.quiete t absq3 labore.per eundē Mathiā obseruandum. Qui equus si infra predictum tempus.nō conualuerit.Extunc p eodem equo put poterit.amicabiliter secum cōponere teneatur.

De Kmethone.seu rustico alium occidente et solutione pene capitis

¶ pro Kmetone occiso soluantur trecem marce quatuor Castellanio.pro pena homicidij et ser consanguineis

56 Icet antiquitus.fuerit obseruatum. Q2 Kmetho. l Kmethonē occidendo.solutis tribus marcis grossorum.a pena homicidij liberabatur.Tamen quia huiusmodi pena.non sufficiebat.ad debitā delicti correctionem vnde nos statuimus: Q2 Kmetho occidens Kmethonem.p pena homicidij Castellanie.in qua homicidium fuerit cōmissum.vel ei in cuius iurisditione.delictum et homicidium hoc est perpetratum.quatuor marcas Consanguineis vero.siue amicis proximioribus interfecti sex marcas persoluat Qui si nō fuerit in soluendo.et captus fuerit pena capitali puniatur

Si plures de homicidio accusantur.Quis eorum pena homicidij puniendus.

¶ De homicidio accusat⁹.iuramēto actoris vincitur.reliqui cōplices.testibus expurgabūtur

57 Tem si plures puta duo vel tres aut quatuor.de homicidio accusentur.Licet antiquitus.per iuramentum accusatoris.omnes pena homicidij.puniebantur.Nos tamen huiusmodi iuramentum restringētes.Statuimus q3 vnus tantummodo.per iuramentum actoris.de homicidio condēnetur et puniatur Consortes vero eiusdem accusati.p pbos.et idoneos testes.de homicidio et vulneribus se teneantur expurgare.alis in expurgatione deficientes puniantur

De illis qui casu mortem incidunt

58

i Tem quacunq; morte casuali. vl' inopinata ꝯtigerit aliquē de hac migrare luce puta de arbore cadēdo vi delicz vl' in aq̄ mergēdo. aut q̄uis alio mō Statuim⁹ q̄ ꝑ tali homine sic decedēte. penit⁹ nulla questio moueatur. ¶ Itē dum ignoratur quis commisit homicidij immanitatē Decernimus Q̄ Cestellania. de hoc aliquā nō moueat q̄stionem. sed ꝯsanguinei. et proximiores culpabilē inq̄rētes. cām dum poterint prosequātur. iuxta iuris formam

☞ Pro homie casu vl' de arbore cadēdo vl' i aquis moriēte causa nō mouet homicidij

☞ Ignorato homicida. officiū ꝑ capite. neminē culpabit. s3 ꝯsanguinei. inquirent. et culpent.

De Milite qui occidit Militem

59

v T violētoꝝ audacia refrenetur. Statuim⁹ Q̄ duz miles parē sibi militē occiderit. ꝑ capite Sexaginta ꝑ mutilatiōe mēbri cuiuslibet triginta. et ꝑ simplici vulnere. quindecim marcas soluere teneatur

☞ Milite Militē occidēte caput sexaginta mēbri mutilatio triginta. Simplex vulnus. q̄ndecī marē solui debeat.

De illo qui occidit matrem alicui

60

l Laurētius ꝯqueritur de Martino. Q̄ sibi matrē interfecit Martin⁹ rn̄dit. q̄ laurētius nō fuit de legittimo p̄rimonio. siue thoro ꝓcreatus. et asserebat eum esse filium. vagabunde mulieris Nos in tali ⁊ sili casu. caput matris exoluendum. et obtinendum decernimus

☞ Filio etiā illegittimo. matris vagabunde caput est soluendū.

De Fratricidio: Patricidio. Sororicidio.

61

e T licet Lex tā noui. q̄ꝫ veteri testamēti Fratricidiuz et alia seua crimina. grauiter puniat et dānet. Tn̄ q̄dam. velud hostes ꝓprij sanguinis. et honoris Legis penā min⁹ formidātes fratricidium cōmittunt Sorores etiā vel ꝓximos occidunt. vt ex eoꝝ morte. bona hereditaria lucrētur. Uolum⁹ itaq; vt vn̄ bona hereditaria. et lucra hr̄e cupiunt. inde dānis afficiātur. aut puniātur in q̄ peccauerint Ideo oēs regnicole. et nobiles Regni nr̄i Fratres aut ipsos cōsanguineos interimētes in hereditaria succedē possessione n̄ valebunt nec vlluz ad eā accessuz optinebunt: q̄nimo sentēciamus ip̄os et ipsoꝝ filios ⁊ p̄uam⁹ omni legittima. talium hereditatuz portiōe in q̄bus bonis seu hereditatibus alij cō

☞ Iure sanceitum et seruari consueuit vt occidens consanguineum. licet Iure esset sibi successur⁹. si nō ipse occidisset illū tn̄ cum solusip̄e casu quocunq; occidit. successiōis iure priuatur.

sanguinei. licet remociores in linea obtinebunt successionem quos in aggrauatiōem culpe ipsoꝝ. ꝓpter immanitatē criminis. Omnes fratricidas et patricidas. infames ꝓnunciamus et inabiles ad aliquos honores. promouendos

De Milite occiso. Itē de eodē Mutilato: aut vulnerato Item de pena sup id ꝯstituta Item de Kmethone occiso. Item de Kmethonis Mutilationibus.

62

☞ Militis caput trigita marcis mutillatio i pede vl' naso q̄ndecim. In pollice octo marcis In digito alio tribus marcis cum pena pijethnadziesta soluenda.

Quamuis occidēs hominē. scd̄m legum sanctiones: foret capitali pena plectēdus. Nos tñ rigorē illum tēperātes Statuimus ꝙ occidēs militem triginta marcas: parētibus: pueris: vl' amicis Mutilās autē in pede manu: vel naso. quindecim marcas. In pollice v̄o mutilans octo marcas digituz v̄o quēlibz alium āputās tres marcas grossoꝝ. ipsi mutilato. vel in digito leso. vt supra d̄r. soluere teneatur. Pro q̄libz v̄o vulneratione. p̄dictoꝝ mēbroꝝ. vulnerato pena. q̄ d̄r pijathnodzestha ꝑsoluatur. ¶ Si v̄o quispiā Kmethonē occiderit. decē marcas soluē teneatur. Quarum sex vxori: seu pueris. si supstites fuerint. et residue quatuor marce. dño occisi exoluantur. Si v̄o occisus fuerit dñorum duoꝝ. tunc dicte q̄tuor marce inter dños sunt diuidēde vulnerās āt Kmethonē. eidē vulnerato vnā marcā domino autē ip̄ius si vulnerās et vulneratus vnius dñi fuerint. vnā marcā integrā ip̄e vulnerās ꝓ pena soluere teneatur. Si v̄o vulnerās et vulneratus. duoꝝ dominoꝝ fuerint inter ipsos marca huismodi penalis diuidatur

☞ Occidens Kmethonez punitur in decem marcis: quarum sex cedūt vxori vel pueris. et q̄tuor marce domino occisi. Et si fuerit Kmetho duoꝝ dominorum. illi diuidāt illas q̄tuor marcas inter se. mutilās v̄o Kmethonem i duabus puni t̄ marcis

63

De vagātib⁹ hincide. ⁊ rapinas ꝯmittētib⁹

☞ Vagabundi raptores. Bonis et honore priuantur.

Sunt nōnulli. q̄ ꝑ indiscretionē. victum lōgi tp̄is breui hora ꝯsummunt. Tādēq̄z assumunt sibi extra ꝓpria. occasionē vagādi. ⁊ tal'r vagātes. aliena rapē nō formidāt. vt igitur tl'es. a q̄libz occasiōe vagādi. ⁊ rapiēdi. saltē formidine pene r̄trahātur Statuim⁹ ꝙ taliter vagātes et rapinas cōmittentes. q̄buslibet bonis ip̄oꝝ. q̄ hñt ipso facto. sunt p̄uandi. Et si ꝯtigerit. hmōi fugittiuos. nr̄e gratie recōciliari. volum⁹ nihilomin⁹. qd̄ inter suos pares. vt infames habeātur

De ministerialium ad conspiciendos occisos vocatorum.abolita cōsuetudine.vestiū recipiendorum.et de eorum salario

Onsuetudine iniquissima ministerialium.extitit ob
c seruatum.Qz dum ad aliquē in via.vl'alias occisum vocabātur ipsum vestibus.in q̄bus fuerat occisus iure ipsoz.quod ipsi Krvarvne nominabāt.expoliabāt.vñ cum afflictis nō sit addēda afflictio.Eisdē ministerialibus.p hibemus.ꝙ de cetero q̄slibet occisos spoliare.seu exuere nō p̄sumāt.Sz tantummō vnico grosso ꝓtentētur.quē decernimus eis dādum ꝓ labore.per eum q̄ ad aliquē occisuz ꝓcurauerit eosdem vocari.donec eadez homicidij questio totaliter fuerit diffinita

☞ Ministerialis.ad videndū occisuz vocat⁹.vno grosso cōtentādus cruuie. vero occisorū.illis iure prohibentur

De his q̄ alioz semia eoz pecorib⁹ depascūt

65

T quilibet de proximi indemnitate vigilet.dānisq̄
v et iacturis diligenti⁹ curet.statuimus Qz si q̄s alterius semina iumētis.vel q̄buscunq̄ pecorib⁹ maioribus.depascat.qđ ille cui⁹ esse pecora repta fuerint ꝓ quolibet iumento.vel pecore.vnam quartam denariorum damnum passo soluere teneatur.

☞ A pecore quoslibet in dāno pars quarta denariorum decernitur pro depastis seminibus soluenda.

De illo qui agit contra aliquem iure Theuthonico et reconuentione pariter

66

Um actor foz rei.vndiq̄ seq̄ debeat.volumus ꝙ si
c q̄s.in iudicio iuris theuthonici ꝯ reuz suā dirigat actionē.vt ꝓponat ꝯ eundē Reus ibidē sup aliq̄ q̄stiōe silli.vl'ineq̄li recōuenire nō poterit.Sz suā litē aut causam coram iudice cōpetenti cum voluerit agitabit

☞ De iure Ciuili: seu Theuthonico. remissio decreta ad iudicem cōpetentē in reconuentione.

Jumenta damna inferētia qualiter sunt tenenda de damno abacta

67

Deuitandum autē quālibet altricationē.Decerni-
a mus.ꝙ ad proximiorē Castellaniam.seu curiā castellanie: siue fuerit Regalis: siue alterius cuiuscunq̄

☞ Jumenta in dāmis auersata.seu abacta.nō domi seruēt sz i curiā regis vicinioꝛē pellēda decernuntur

iudicis iumenta. damnuz passus. depellēdi habeat facultatē Ita tamē. ꝙ sub testimonio vicinoꝝ in propria domo iumentis. siue pecoribus. per noctē seruatis. in crastino autem. ad proximiorē curiā Castellanie p̄dicta iumēta depelli teneātur.

68

De incendiarijs. et exustoribus

☞ Incendarij domorum et horreaꝝ accusati de crimine incendij etiā ꝓ tutela ad ciuitates fugiētes extra forum ipsorum trahantur ⁊ iure Polonico sententientur et puniātur

Ex lege imperiali. clara luce nobis constat. Qꝛ incendiarij. et exustores. domoꝝ horrearuz: aut quorum vis bonoꝝ. voluntarij. morte crudeli. et turpissima puniantur Quibus etiā inuentis. Si ad ecclesiā effugiāt patrocinium ex hoc nullum debeant obtinere ꝓpter Criminis damnati seuiciē Cōsueuerunt enim hactenus hmōi malefactores. vt manus iudicum iusticiā exequi volētium effugiāt vt plurimum in Ciuitatibus vel villis Theuthonicalibꝰ ꝑmanere. vt actionē ꝯtra illos ꝓpositā elidant ꝑ iuris Theuthonici defensionē. Et sic sepius talium malefactoꝝ crimina remanent impunita. vnde de nostroꝝ Baronuz. et ꝓcerum cōsilio. Statuimꝰ. ꝙ accusati de crimine incēdij. siue exustionis etiā inuenti in Ciuitatibus. aut villis theuthonicalibus. extra forum ipsorum trahātur et in iure polonico. coram iudice competenti. tenebuntur respondere. ac sentētiari seu puniri pena digna iuxta commissi criminis demeritum

69

De illis qui habentes ius Theuthonicum vtuntur Polonico

☞ Habentes priuilegia iuris Theuthonici. si illis sunt abusi. non poterint iure ipso quo abuti cōsueuerunt se tueri

Cum scd̄m patrum sanctorum decreta. lex decernat. illos ammittere. priuilegij auctoritatē. qui concessa sibi. non vtuntur potestate. plures sunt nostri milites ius Theuthonicum habentes. in multis ipsoꝝ villis. ex nostra. aut nostroꝝ p̄decessoꝝ gratia eis facta. Et tamē iure Theuthonico ommisso ꝑm ius polonicuz. se regunt in q̄busdam Statuimꝰ. ꝙ si in aliqua villa abusi sunt iure theuthonico amplius contra agētes ꝑ ius theuthonicum. non poterint se defensare. Quapropter volumus ꝙ si crimen est commissum illo iure. quo villa eadē vsa fuerit. tenebitur iudicare simul et terminare.

70

De illo. qui citatur contra suum priuilegiū

Statuimus Q dum aliq̄s. cōtra suum priuilegium in qualicunq; causa citatur. et exibēdo suum p̄uilegium in iudicio. amittit Sexagenā quā iudex ab exibente ꝓ se tollit. Si actor iurare renuerit. quia nesciebat reuz quē Citauerat fuisse priuilegiatum. soluet reo Sexagenā. sic vti premittitur amissam. Sz idē actor si velit iurare se nesciuisse. reum fuisse p̄uilegiatuz et ꝓuisum isto tali p̄uilegio prestito hmōi iuramēto sexagenā illā ñ soluet reo quē citauerat.

☞ Priuilegiato. seu exempto. cōtra suum priuilegium. Citato ⁊ Sexagenā amittente. Actor si iurare noluerit qd̄ nesciebat fuisse priuilegiatuz Sexagenam soluet.

De villanis inuito dño alio se subiciētibus Itē in q̄bus casibus istud licebit illis

71

Cum ex separatione Subditoꝝ. bona dñoꝝ suoꝝ sepius ānihilātur. et desertātur nulla p̄sertim legittima causa. ad hoc ꝑsuadente Ob id visum fuit nobis ac nostris baronibus huic periculo nō segniter obuiantibus cum quib⁹ vna statuimus Q nō plures Kmetones. aut incole de vna villa. in sil' ad aliā villā possint recedere. nisi vnus aut duo preter domini illius ville. in qua degunt voluntatē. ¶ Nisi in casibus hic exceptis. vt si dñs ville opprimat filiā aut vxorē sui Kmethonis: aut si pro excessu. seu culpa heredis ibidē. villani bonis ipsoꝝ depredātur: vel in sentētia excōmunicationis. ꝑ annum durāt. sui domini ex delicto. In talib⁹ casibus nō tm̄ tres. aut q̄tuor. ville eiusdē incole abire pñt Sz et oēs ibidē habitātes recedant q̄ vnicuiq; placebit.

☞ Kmethonib⁹ concessum q̄ vnus de villa tantūmodo aut duo mitti debeant anno quolibet.

☞ Iure ꝯcessuz ē. Kmethonib⁹. q̄ se alibi de villa transferāt Si dñs vxorem aut filiam opp̄mat Si ꝓ culpa dñi predantur. Ac etiā per ānū si excōmunicāt ex delicto domini

De pueris annis discretionis carētibus iniuriam passis Si pro iniurijs sunt acturi in etatem perfectam venientes

72

Infantib⁹. presertim egenis. succurrere. et ꝓuidere volētes Statuimus. vt si aliquib⁹ patre mortuo. ꝑ quēpiā iniuria fuerit illata. veniētes ad ānos discretionis. possunt iuridice agere. cōtra iniuriātes. Et exceptio p̄scriptionis. eis opponi nō poterit nisi tunc. etate legittima in eis ꝯpleta. Et infra tp̄s debitum si agere neglexerint. ꝓ iniurijs olim eis illatis. tunc obstat eis exceptio prescriptionis ꝓpter negligentiam allegatam

☞ Mimoremnes iniuria affecti iure acturi erunt discretionem habentes pro iniuria prescriptiōe non obstante

De eo qui de Furto. aut alio crimine accusatur. qui tamen. alias bone fame extitit

Vir celebris et bone fame. nulla suspicione notat⁹ accusatus de crimine furti. vel latrocinij ꝓprio se iuramẽto purgabit.

73

v T viri famosi. et iuste viuẽtes. aliqua speciali prerogatiua. apud nos. inter ceteros nostros. fidedignos consolentur Statuimus de nostra Baronumq; nostrorum voluntate. Ut si quis miles. vel alius vir nobilis. cui aliqua questio. de eo prius in iudicio. mota nõ fuit de furti vel latrocinij crimine. acusetur. Phas sibi sit. ꝓpter bonam presumptionẽ. apud vicinos de ipso habitã. ꝓprij iuramenti prestatione. a tali accusatione. se expurgare.

De eo qui aliena recipit. sine dñi voluntate

Dũ inuito domino. clam. vl' apte res auferẽs postea restituit. et si q̃d supplendum repetitur Juramento actoris debet stari.

74

e Gidius proposuit cum querela. Qꝛ cum in via dormiuisset. falco superueniens. taliter dormienti gladium recepit. et perã in q̃ fuerunt. tres scotti grossorum. Et quãuis gladium. et perã sibi restituisset Tamẽ tres scottos nõ restituit. ipsos ꝓ se vsurpãdo. Falco v̓o reus. q̃uis de gladio. et pera cõfitetur. et se eadẽ restituisse fatetur. Tamen predictos tres scottos se habere negat. vnde nos attendentes. ꝙ nullus debet res alienas attractare. domino rerum inuito. predictum egidium actorem in tali casu. decernimus ad iuramentum fore admittendum.

De morsu canis. ex alicuius incitatione

Cane alicuius ledente aliquẽ in defectu probationis: lesi. stari debet iuramento: domino canis se expurgantis.

75

e Gidius cõquestus est Qꝛ canis Falconis. ex incitatione. seu impulsione. ipsius falconis. taliter ipsum lesit et momordit q̃d ex illo morsu. ostendebat. et asserebat se claudicare. Falco vero eandẽ incitationẽ. seu canis impulsionez. negabat. Et quia egidius actor hoc nõ poterat comprobare. Nos in tali casu declaramus quod falco per iuramentum proprium debet se expurgare

De extinctione cãdele. ⁊ vulneris incussiõe

Vulnerato in extinctione luminis dans occasionẽ extinctionis ad solutionem vulneris tenebitur.

76

q Uerelam egidius proposuit cõtra Falconẽ. q̃d duz in domo ipsius Egidij. facta fuisset in sero contentio quedam. ipse falco supueniẽs Candelã suffocauit. ⁊

extinxit: qua extincta Egidius nescit: nec scire potest. per quē in illa contentione: et discordia fuerit vulneratus: Licet falco extinctionē candele confitetur. tñ ipsum Egidium. vulnerasse negat Nos itaq; a predicto Egidio actore iuramēto recepto. q; in predicta candele extinctione nescit. p quē vulneratus sit Jdeo falconē predictum. q; extinctione cādele vulneri prestitit occasionē. in vulnere duximus condēnandum

De pastore ouium.

77

Reterea de villanor; pastore Egidius deposuit Q; p ouez ad gregē impulsam. et custodie pastoris commissam. de grege āmisit nec per pastorē sibi esse restitutam dicit. pastor vo asserebat se ouē pdictā. vna cum alijs ad villā reduxisse. Nos in tali casu decernimus. pastorē hoc videlicet q; ouē cum ceteris. ad villam impulit. iuramēto firmare debere

☞ Accusatore pastorem pueniēte p ouez pastore affirmante ei⁹ reductionem stari debet iuramento pastoris

De ludo Taxillorum

78

Tnoxius ludus taxillorum abiciatur. per quē vt sepius iusti patres. ꝓpter filior; excessum. de bonis eorum pelluntur Et absq; ipsor; demeritis. ad nimiā deducuntur paupertatē. Statuimus vt si filius quisq;. vtrisq; parētibus viuis et sanis Ludo āmiserit aliquam pecunie quantitatē. pdicti ludētis parētes nō tenebuntur ipsi victori pro ipsor; filijs vl' filio ad pecunie perluse satisfactionē Jdem dicimusq;. de Judeis. si mutuarēt pecuniā tali filio superstitibus dicti filij parentibus et sanis. Q; videlicz eius parētes non teneātur de mutuo. nec aliquo modo cōpelli debeāt. nec possunt sic etiam dicimus de omni cōtractu inito cum filiofamilias. q; non valet cum sit in paterna potestate constitutus (iuuetur q; senatus consulto macedoniano) propter quod nō habet alicuius rei dominium. vel aliquam possessionis traditionem.

bona fide in verbo nostro constanti et fideli. omni dolo fraude. et colore amputatis et remotis promittimus. pollicemur vouemus spondemus et iuramenti nostri ministerio. strictiꝰ nos obligamus. Nunquā prefatos prelatos barones Nobiles et Proceres regni. ⁊ ipsum Regnum Polonie p̄dictuz in omnibus eorum necessitatibus et aduersitatibus deserere. sz semper ipsis contra omnium inimicoꝝ eorum insidias ⁊ insultus consilia auxilia et fauores fideliter ministrare. Et nulli lites bella aut guerras preter scitum et voluntatem et consensum consilium et requisitionem ipsorum et eorum successoꝝ. indicere facere vel mouere: prefatosq; dominos Uladislauz Regē Polonie. et Alexandrum. al's Uitorvdum Magnum ducem lithuanie. et eorum successores Reges Polonie ⁊ duces Magnos lithuanie nullis temporibus deserere quoquomodo. sed semper ip̄is. sine dolo et fraude fideliter adherere. omni cōsilio. auxilio et fauore. Preterea promittimus. prout supra. Qꝛ defuncto prefato domino Uitorvdo Magnoduce lithuanie nunq̄z eligemus assumemus et recipiemus in Magnumducem lithuanie vel dominum. nisi quē prefatus dominus Uladislaus Rex si vita potietur lōgiore vel eiꝰ successores ⁊ p̄lati Barones nobiles et proceres. Regni polonie duxerint eligēdum statuēdum vel locādum. Et viceuersa prelati Barones et Nobiles regni Polonie Rege p̄fato quod absit sine liberis et successoribus legittimis decedeñ sine scitu ⁊ consilio illustris. dn̄i Alexandri. al's Uitorvdi magniducis Lithuanie si superstes remanserit. ⁊ nostro eligere non debebunt. vt autē corroborationis ⁊ cautele vberioris omnia premissa accipiant firmitatem fecimus sigillorum nostroruz munimine roborarie Actum in oppido Hrodlo circa flumen Bug in Parlamento seu congregatione genarali die secunda mensis Octobris. Anno domini. Millesimoquadringentesimotredecimo. Proinde nos prelati Barones proceres et nobiles Magniducatus Litbuanie p̄fati preuidētes qꝛ vetustate tēporum multa in ambiguitate veniunt per quā ne q̄d incōmodi eueniat dignum censuimus prouidere volētes igitur ne articulus de electione serenissimoꝝ dominorum nostrorum tam regis polonie q̄z magniducis Lithuanie in preinsertis litteris breuitate. verborum contextus aliquid ambiguitatis imposteꝝ inducat. cupientesq; prefatos p̄latos barōes

¶ De ⁊ suos posteros domī Litwani obligant supra ⁊ infrascripta tenere sb iuramento.

1413

¶ Nō dñt dñi lithuani magnū duces sine scitu consilio et cōsensu dñoꝝ polonoꝝ. Ecōuerso dñi poloni dñm Reges polonie absq; scitu cōsilio ⁊ cōsensu lithuanoꝝ eligere.

⁊ ꝓceres regni polonie in ip̄o articl'o Electiōis. pares nob. vt dcm̄ ē efficere. ¶ Addiciētes declaram⁹ Q̄ defuncto magno duce Lithuanie sine scitu ⁊ consilio prelatoꝝ et Baronum ꝓcerum ⁊ nobilium regni polonie fratrum nr̄orum ad electionem magniducis noui nō ꝓcedemus. sed cum ipsis pariter si vocati tp̄e congruo venire voluerint Magnumducem et dominum eligemus pariformiter defuncto rege Polonie prefati prelati ⁊ barones regni polonie sine scitu et ꝯsilio prelatoꝝ ⁊ baronum Magniducatus Lithuanie ad electionē noui Regis nō procedant. sed pariter cum prelatis ⁊ baronibus Magniducatus Lithuanie si vocati tempore congruo voluerint regem et dñm eligent. quibus ita vt premittitur stantibus ⁊ in posteꝝ obseruandis de certa sciētia omnium alioꝝ p̄latoꝝ baronuꝫ ꝓceꝝ ⁊ nobilium magniducat⁹ lithuanie fr̄m nr̄oꝝ inscp̄tōnuꝫ p̄inb̄tā p̄decessoꝝ nr̄oꝝ suscipim⁹ ratificam⁹ suscipimusq; ⁊ ꝯfirmam⁹ ꝑ p̄ntes obligañ se nr̄is nominib⁹ ac vice oim̄ prelatoꝝ baronum procerum et nobilium Magniducatus Lithuanie bona fide in verbo nostro constanti ⁊ fideli omni dolo fraude ⁊ colore remotis ꝓmittimusq; pollicemur ac vouemus: et nostri iuramenti prestiti onere et ministerio. strictius nos obligamus ipsam preinsertam inscriptionē cuꝫ reformatione ⁊ declaratione articuli de electione serenissimorum dominoꝝ nostroꝝ vt p̄mittitur in omnibus suis articul' clausulis punctis ⁊ sententijs firmatum. tenere perpetuoq; et inuiolabiliter obseruare. Et si que alie singulares inscriptiones inter nos prelatos et barones Magniducatus Lithuanie. ac prelatos et Barones regni Polonie forent que cōmunem vtrinq; honestatem lederēt quas antecessores nostri nō tenuerint. tales nos quoq; non recepimus neq; tenebimus. vt autem omnia premissa perpetue firmitatis robur obtineant presentibus litteris sigilla nostra sub appendi iussimus. Datum Vilne in Conuentione generali. quarta et vicesima mensis Julij. In vigilia sancti Jacobi apostoli. Anno domini. Millesimoquadringentesimononagesimonono.

☞ Non sunt tenē de inscriptiōes q̄ cōmunem lederēt honestatem.

1499

¶ Pax et concordia inter Uladislaum Regem Polonie ⁊ Conradum de Jungingen Magistrum Prussie Racione granitierū.

In nomine sancte ⁊ indiuidue trinitatis. Amē. Frater Cōradus de Jungingen Magister generalis ordinis btē Marie hospitalis Jerosolimitañ. d̄ domo theutonica Uniuers̄ p̄ntib⁹ ⁊ futuris presentium noticiam habituris. Salutem et rei geste ad perpetuā memoriam cognoscere veritatē Cum auctor pacis ad vnitatē ⁊ pacē sp̄m suis rigorosis mādatis quottidie nos inuitet ¶ Dignum arbitramur: vt inueterate displicētie guerre ⁊ offense ꝯ serenissimum p̄ncipē ⁊ dn̄z dn̄m Uladislaum Regē polonie sup̄mum ducē Lithuanie et heredē Russie: suosq; ꝓgēitores q̄ ad terras Lithuanie ⁊ russie ꝑ nos nr̄m quoq; ordinē intuitu orthodoxe fidei diuci⁹ exagitate ī pacē ꝑpetuā r̄missionē ⁊ ꝯcordiā ꝯmittētur. ¶ Hinc est qd̄ nos de exp̄sso ꝯsensu Cōpreceptoꝝ nr̄oꝝ cum dicto serenissimo dn̄o Uladislao anno die ⁊ loco infrascp̄tis certum terminum placitoꝝ ꝯcorditer celebrauim⁹ sup pace inter nos ⁊ terras ordinis nr̄i ex vna. ⁊ sup̄dcm̄ dn̄m Regē ⁊ terras suas viczt Lithuaniā ⁊ russiā ꝑte ab altera faciēda ꝑpetuo ⁊ firmāda. varijs p̄missis tractatib⁹. tādē vt seq̄tur ꝯcordauim⁹ in hunc modum. ¶ In p̄mis ꝓmisim⁹ ⁊ p̄ntib⁹ bona fide ꝓmittim⁹. q̄ ex nunc ⁊ inantea tenebim⁹ pacē inuiolabilē ⁊ cōcordiā cum sup̄dicto magnifico dn̄o Uladislao rege Polonie suis catholicis heredib⁹ ⁊ successoribus ac p̄latis ⁊ ecclesijs omnibus quoq; terris suis ꝑ Lithuaniā et Russiam terraꝝq; incolis ꝑpetuis tēporibus obseruare. ¶ Nec vnq̄ volumus ⁊ debebimus aliquā ligā inire. aut facere ꝯ dcm̄ Uladislaum suos quoq; catholicos successores terraꝝ Lithuanie ⁊ Russie. cum dominijs aut alijs hominibus ⁊ rancore quolibet postposito. omnes ⁊ singulas iniurias nobis et nostris ꝑ se. vel ꝑ alios quomōlibet illatas remittimus penit⁹ ⁊ offensas. ¶ Insup limites ⁊ terminos inter nr̄os ⁊ dicti dn̄i regē terras. viczt. lithuanie ⁊ Russie distingui fecim⁹ ⁊ mōis distinguim⁹ infrascp̄tis. In p̄mis ī cipiēdo ī q̄dā insula Sarvyn dicta vulgariter sitta in fluuio dcō Memla h̄nte in se insulā.

¶ Magr̄ ordinis de ꝯsensu cōpreceptorū suoꝝ iniuit cōcordiā cū rege polonie ꝓdie ⁊ tp̄e h̄ exp̄ssis

☞ Magr̄ ordinis ꝓmittit s̄uare ꝑpetuam pacē cū rege polonie ⁊ suis successorib⁹ xp̄ifidelibus.

☞ Magr̄ ordīs nō dz cū aliquo inire ligam ꝯ regē polonie et suos successores catholicos in terris lithuāie ⁊ russie. Iniurie ⁊ rancores illati etiā dimittuntur.

☞ Limites ⁊ termini int̄ terras ordinis teuthōici ⁊ t̄ras russie ⁊ lithuanie distīguūt̄ mō hic ꝯtēto.

Ron[illegible]ider. Quequidem insula tota apud ordinem ꝑmanebit tꝑibus affuturꝛ ab hinc directe ꝓgrediendo ad fluuiuꝫ dictum Norvesse in decliuio seu ville ꝯtinue sub silua dicta. Heyligenvalth ab hinc dcm̄ fluuiuꝫ sequendo in medijs fluctibus vsqꝫ ad Vijsrvilten. ascendendo ab hinc linealr̄ et directe eundo ad quendā lapidē magnum dctm̄ Roda iacentez in fluuio dicto. a. ⁊ Roda vulgariter nuncupatum ab isto lapide. ascendendo sup̄ stagnum dctm̄ Sinarden ab hinc directe eundo vsqꝫ ad viam vulgariter nuncupatam. der Brengelisscherveg. ab hinc directe vsqꝫ in Nouenrithen. ab hinc linealiter ꝓcedendo v̄sus finez seu aciem merice dicte. vulgariter heyde ad locum vbi fons oritur. a dicto fontis ortu ꝓcedēdo per directum in solitudinē quandā cōmuniter Viltnisse dcāꝫ vbi fluuius eglosse ortum habet. ab hinc directe eundo ꝑ medium dicte solitudinis. vsqꝫ ad terminos et gades illoruꝫ de Ploschlrorv. ⁊ hij omnes termini sitti sunt versus Liuoniaꝫ Ascendendo v̄o v̄sus Prussiam termini subscp̄ti. ꝑ dcm̄ ordinem ꝑpetuo sine quolibet ꝯtradictionis obstaculo. habebuntur. Incipiēdo a supradicta insula Sarvijn in directuꝫ procedendo. vsqꝫ ad fluuium dictum Suppe. ab hinc procedendo ad locum ortus sui. ab hinc ꝓgrediendo vsqꝫ ad fluuium qui effluit a lacu dicto Mothensehe. ⁊ dicitur cōiter Methenslij ab hinc ꝑ descensum fluuij vsqꝫ in fluuium dictum Beber. deinde dictum fluuium sequendo vsqꝫ ad Miliare ꝓpe fluuium qui Nare dicitur. ⁊ ab hinc directe eundo vsqꝫ in dictum fluuium Nare. ¶ Ceteꝝ ꝓ nobis nostro ordine omnib⁹ nostris successoribus renunciamus omni impetitiōe ⁊ iure q̄ in predictis domini Regis Vladislai terris videlicꝫ Lithuanie ⁊ Russie sitis terminos supius expressos v̄sus dictas terras habuimus. vel habere videbamur: insuper terre ⁊ dominia de magno Nouohroden qualitercunqꝫ siue per nos: nostrum ordinem. Aut ꝑ supradictuꝫ serenissimum dn̄m Vladislaum. aut ꝑ suos ꝯiunctim ⁊ diuisim acquesite fuerint: vl̄ al's q̄litercunqꝫ ad nr̄m ordinē deuenerīt easdē ac eadē dict⁹ dn̄s rex obtinebit. nec vnq̄ꝫ bona fide quominus easdē detineat impediem⁹ ¶ Preterea volumus ꝙ hōies sepedicti dn̄i regꝛ ⁊ suoꝝ successoꝝ in terris Litrvanie ⁊ Russie ꝯstituti. in omnib⁹ terris ordinis mercari ⁊ negociari libere valeant. absqꝫ theloneis. alijsqꝫ exactionib⁹. quos etiā tenebimur sicuti nr̄os Saluis

☞ Renunciat magister et ordo alijs terminis ⁊ oīb⁹ bonis ad nouohrod pertinentibus.

☞ Homines de Russia et Lithwania libē mercari possunt absqꝫ theloneis in terris magistri ordinis.

tñ theloneis ab olim institutꝫ. ac q̄bus libꝫ edictis nr̄is editis et edendis. in terris ordinis q̄bus nr̄i artātur. ⁊ dicti dñi Regis suoꝝq; successoꝝ homines ꝑ Lithꝛvaniā ⁊ Russiā sunt artati. ¶ Itē Ordine nr̄o in expeditione cōmuni. cuꝫ p̄nominato dño Rege et suis successoribꝰ. ⁊ ip̄oꝝ hominibus ꝑ Lithꝛvaniam et Russiā exñte q̄tquot ip̄i captiuauerint suos habeant vt captiuos ¶ Excessus q̄ꝫ ꝑ dicti dñi regis: suoꝝq; successorum homines in p̄dictis terris q̄litercunq; ꝯmissos Capitaneus exercitꝰ eorundē: eosdē libere iudicabit. ¶ Excessus v̄o cōmunes ꝑ vtriusq; exercitꝰ homines ꝯmissos Capitanei vtriusq; exercitꝰ. sil' ⁊ ꝯmuniter iudicabunt ¶ Nullos insuꝑ armigeros. dños milites vasallos. vel alteriꝰ cuiuscunq; generis homines etiā si christifideles fuerint. in dānum seu p̄iudiciuꝫ dicti Magnifici dñi Uladislai. aut suoꝝ vnq̄ꝫ ꝑ terras nr̄as sciēter ire ꝑmittemꝰ. ꝫ impediemus et ꝓhibebimꝰ iuxta posse. ¶ Deniq; emēs ꝓscriptos seu bānitos de sup̄dictꝫ terris p̄fati dñi Regis nō recipiemꝰ ad terras nr̄as Maxime q̄ ī sui vindictā homicidia. vel incēdia eiusdē dñi Regis vl' suoꝝ successoꝝ. hominibꝰ ī p̄missis terrꝫ Lithꝛvanie cominātur ⁊ Russie. ¶ Preterea ꝑ terras dicti dñi Regis. suoꝝq; successorum catholicoꝝ videlicꝫ Lithꝛvanie ⁊ Russie ꝯ quoscunq; nunq̄ꝫ traducemꝰ exercitum aut traducē ꝑ quēcunq; faciemꝰ nisi exp̄sse fuerit de voluntate dicti dñi regis suoꝝq; sucessoꝝ q̄ obtēta dānum neq̄quā ip̄is. ac ip̄oꝝ hominibꝰ inferemus. ¶ Preterea ꝓmittimꝰ ꝙ nullos fratres ⁊ ꝯsanguineos ip̄iꝰ dñi Regis fugitiuos seu alios q̄scunq; erroneos per q̄s dñs Rex et regnum polonie ac terre Lithꝛvanie ⁊ Russie possent molestari durāte pace. debebimus ad terras nr̄as recipe vel fouere. ¶ Omnia v̄o singl'a p̄missa ī articl'is p̄missis ⁊ eoꝝ q̄libet ꝯtēta. bona fide ꝓmittimꝰ ꝓ nob: toto ordine nr̄o. firmiter ac inuiolabiliter obseruare. nec vnq̄ꝫ ꝯueniemus. aut contrauenieñ ꝓcurabimꝰ ꝑ q̄scunq;. arte rōe. ingenio de iure vel de facto. ꝯsilio vel auxilio. publice vl' oculte. ¶ In q̄ꝝ omnium euidēs testimoniuꝫ ⁊ fidē. de ⁊ suꝑ omnibꝰ p̄missis. p̄ntes lr̄as nr̄i Maiorꝫ sigilli munimine mādauimꝰ ꝯmuniri. Datuꝫ ī fluuio dicto Uisla ꝓpe Castruꝫ Raczanß dioc̄ Uladislauieñ feria q̄nta ꝓxima añ festum sc̄e Trinitatꝫ. Anno dñi. M.cccc iiij. Haꝝ reꝝ testes sunt Reuerēdi ī cristo p̄res ⁊ dñi. dñs Arnoldus Ep̄s Culmeñ. ⁊ dñs Joānes Ep̄s pomezanieñ. ac honorabiles et Religiosi viri fratres ordo ⁊ commendatores.

¶ Ordo q̄ñcūq; cū rege polonie ꝓ tpe exñti ī cōi expeditōe fuerit. q̄scunq; captiuauerit ꝓ suis habebit.

¶ Excessus ꝑ hoīes regis q̄lr̄cunq; ꝑpetratos Capitaneus exercitꝰ iudicabit.

¶ Excessus ꝑ hoīes hincīde cōit̄ ꝯmissi ꝑ Capitaneos vtriꝰq; exercitꝰ iudicādi.

¶ Armigeri. milites vasalli ⁊ al's q̄cūq; hō ī dānū regū. ñ ꝑmittētur trāsire per terras ordinis.

¶ Proscripti et de Regno polonie bāniti ꝑ mgr̄m ī suis terris nō tenebūtur

¶ Per t̄ras Russie ⁊ Lithwanie catholicorum mgr̄ ordis ñ traducet exercitū ꝯ quēcūq; absq; cōsensu regio.

¶ Sanguine iūcti regi fugiētes ad terras ordis ꝑ q̄s Regnum posset molestari nō dñt ab ordine suscipi ⁊ foueri

¶ Magister ordis ꝓ se ⁊ ꝓ toto ordie ꝓmittit oīa sup̄dicta seruare

¶ Muniuntur lr̄e maiori Sigillo magistri ordinis

1404

¶ Priuilegium pacis et concordie per Uladislaum Jagellonis. tunc polonie ⁊ postea hungarie Regem in Bresczije Cuijauie facte. cū Paulo de Rusdorff Magistro prussie que facta erat Anno domini. Millesimoq̄dringentesimotricesimo sexto presentibus Magnoduce Lithrvanie Sigismundo eiusq̄ filio Michaele. itē ducibus Stolpensi et Mazouie. et vniuersis de Regno. et de Magnoducatu Lithrvanie. prelatis Baronibus. et consiliarijs. in fine priuilegij sb̄scriptis quod sic sequitur

1436

In nomine domini Amē. Ad ꝑpetuā rei memoriā: Cōuenit actus hominum qui vetustate cadunt. et successu tp̄is in obliuionē vertuntur solidis scripturaꝝ et testium fundamētis ꝯmēdare In quoꝝ custodia nullis marcescunt tp̄ibus. ꝫ sp̄ iugis ꝑhēnatione memorie incōmutabiles seruātur. Proinde Nos Uladislaus deigr̄a Rex polonie. Necnō terraꝝ Cracouie. Sandomirie Siradie. Lancicie. Cuijauie Lithrvanie princeps supremus. Pomeranie. Russie. ⁊c̄. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuri notitiā presentium habituris Quō cum diuini dispensatione cōsilij. huius Regni recepim⁹ gubernacula. ad h̄ q̄q̄ tm̄ in terris obtinuimus principatum vt ꝓpensiori cura. et vigilātia nr̄a. semper studia extēdamus per que pacis desiderāda trāquillitas inter Christifideles: ex quorum discordia. nō solum terrarum ⁊ vrbium. ꝫ ꝓuinciaꝝ atq̄ Regnoꝝ resultant excidia. ꝓut in plerisq̄ lugenda atq̄ calamitosa exempla mortalibus exhibēt argumēta ꝓcurari queāt et ꝓcurata auctore pacis. de Trono sue ineffabilis maiestatis. atq̄ potētie cōcludi et medijs salutaribus stabiliri ac extolli felicibus incrementis. ¶ Et attendeñ. ꝙ nō nisi ī pace

pacis opifex deus perfecte coli valeat: ⁊ ea nihil in mundo exoptari possit preciosius aut desiderabilius ꝯcupisci. hunc est ꝙ nos nō absq; interna compassione. ⁊ graui cordis amaritudine recensentes quot et quāta mala ex guerris et dissensionibus ꝓcedant. quotq; ex ꝯtentionibus et bellis si ea mortales agāt odia hominum. nō siue etiā animaꝝ ⁊ eterne salutis dispendijs ac excidijs Ciuitatum prouinciaꝝq;. ⁊ terraꝝ ac ī illis degentium interitus subsequātur. diuinus deperit cultus. ⁊ sanguinis effusio oritur. Cunq; talium discordie atz bella nō solum se suosq;. sed etiam alios plurimos tractura sunt. veri silr in precipicium et ruinam. ¶ Propterea supremis affectibus exoptātes. vt nō crescant iurgia. ꝫ iuxta magistrā bonoꝝ omnium caritatē. que nihil sapit extraneum. nil asperꝝ. nil cōfusum. ymmo ꝓpria virtute nutrit ꝯcordiā. dissociatos iungit pacē et vnitatē ꝯsolidat. ad laudē et gloriā omnipotentis dei et beate Marie viginis gloriose. totiusq; Jerarchie celestis. propagationē fidei. cultum iustitie. et religionis christiane salutiferum incremētum a guerris deflēdis. excidijs displicentijs. odijs rancoribus. et offensis inter nos Uladislaum regē polonie. ⁊c̄. Sigismundum Magnum ducē Lithvanie. ⁊c̄ predictos. et inclitum Kazimirum germanum nostrum Semouitum: Kazimiꝝ: Uladislaum: Boleslauz: Mazouie ac Boguslaum Stolpeñ. et pomeranie duces Regum polonie Terrasq; nr̄as Magniducatꝰ Lithvanie Russie Mazouie Stolpeñ. et Uoijeuodam Moldauie et alia dominia nob̄ subiecta ex vna. et Magnificum et Religiosum dominum Paulum de Rusdorff ordinis beate Marie Theutonicoꝝ Jerosolimitani. et ordinē suum ac terras eiusdē ordinis Prussie Almanie Lirvonie ⁊ alias oēs ei subiectas parte ex altera. nouissime graui offensione et iactura exortas. nr̄e mētis ꝓpositum retrahere decreuimus. et ea que durantibus hmōi cōtrouersiarum ⁊ guerraꝝ turbinibus: circa bonnz reipublice sunt diruta et destructa. per pacis integritatē ad statum cupieñ reducere quietum et tranquillum. Cum eisdem magistro: fratribus et ordine ipsius terris Prussie Almanie et Lijrvonie. subditis. et sequacibus eorundē ꝑpetue pacis ⁊ inuiolabilis federis vnionem. elegimus. assumpsimus. suscepimus et iniuimus. eligimusq;. suscipimus. assumimus. ⁊ inimus tenore presentium mediāte omni tp̄e ꝑpetue duraturā quā sb̄ fide et

☞ Pax qua nil preciosius ē: ꝯmēdatur

☞ Caritatis Cōmendatio

honore ac iuramētis corpal'r p̄stitis. sine dolo et fraude ꝓmit-
timus vigore p̄ntium obꝑuare. Et vt ip̄a vnio cuz tāta d̄libe
ratiōe ⁊ maturitate ꝯcepta. ad firmuz ⁊ ꝯstātē ordinē iugiter
obꝑuāduz r̄ducatur: ip̄az ꝑ articl'os ī frascp̄tos oī no duxim⁹
r̄gulāduz ¶ Imp̄mis Q̄ inter Nos regē: Magnumducē. ⁊
duces p̄dictos regnuz polōie Magnñducatuz ⁊ tras Lithrva
nie Samogitaꝝ Russie Mazouie Stolpeñ. ⁊ Uoijuodam
Moldauie. et alioꝝ dominioꝝ ⁊ sb̄ditoꝝ nr̄oꝝ ab vna. Et p̄-
dictum Mgr̄m generalē ⁊ ordinē. terras et sb̄ditos ip̄ius. tā
in Prussia Almania. q̄ꝫ Lijrvonia ⁊ Noua marchia ꝑte ex al
tera. oēs dissensiones ꝯtrouersie ⁊ dāna inter ꝑtes hincinde
facta. dimissa ⁊ total'r sopita dñt esse: Nec illoꝝ d̄ cetero aliq̄
mētio. aut mēoria. ⁊ signāter ī q̄relis. aut ī detractionē ꝑtiuz
corā quibuscunqꝫ personis habeatur. aut fiat ꝫ nec vna par-
tium ad infamiā alteri⁹ ꝑtis suggeret. ꝯsentiet. auxilium da-
bit. ⁊ fauorē. publice vl' occulte. ⁊ quātuz ī ea ꝑte fuerit dila
tiones ⁊ d̄tractiōes hmōi fieri ñ admittet ꝫ potius ꝓhibebit
¶ Itē Q̄ omnia bona Eccl'iaꝝ Gnezneñ. Uladislauieñ. plo
czeñ. ⁊ poznanieñ. p̄latoꝝ. abbatum Monasterioꝝ Conuen-
tuum et aliaꝝ q̄ꝝcunqꝫ ꝑsonaꝝ Secl'arium et Religiosaꝝ q̄
sunt in terris ordinis p̄dicti situata dñt circa Jura omnia. tā
Eccl'iastica q̄ꝫ secl'aria. ⁊ oēs aliq̄s cōsuetudines q̄stus deci-
mas Castra. villa. p̄dia. curias. et alias vtilitates emolimēta
⁊ ꝓuēt⁹ q̄buscunqꝫ nominib⁹ nuncupētur ꝯseruari. Nec ali
q̄bus nouis ꝯsuetudinib⁹ ꝑuitijs et onerib⁹ aggr̄uari. Q̄qꝫ
eadē bona ñ alienētur. Nec ꝓ eoꝝ alienatiōe instetur ꝑ ꝑtes
sine ꝯsensu p̄latoꝝ spiritualium. Oēs āt cēsus decimas. ꝓuē
tus. ⁊ alias obuētiones q̄lescunqꝫ in terris ordinis consisteñ
q̄s et q̄s Mgr̄ et ordo Reuerēdissimis in christo p̄ribus dñis
Archiep̄o Gnezneñ. Uladislauieñ. et ploczeñ Ep̄is. Alijsqꝫ
p̄latis Secl'arib⁹ ⁊ Regl'arib⁹ Regni polonie. ꝑ Biennium
sb̄leuarunt plene ⁊ integre restituāt ⁊ restitui faciāt. medie-
tatē infra hinc et festum purificatiōis Marie. reliquā āt ad fe
stum Pasce ꝓxime affutuꝝ ī Ciuitate Thorijneñ. q̄ttatiōib⁹
de solutiōe a p̄fatis p̄latis recepti. Et q̄ bona ⁊ decime Reue
reñ. p̄ris dñi Uladislai Ep̄i Uladislauieñ. nouiter ⁊ quōlibz
arrestata relaxētur. ¶ Itē vt omnis suspicio ⁊ hostilis respe
ctus hincinde inter nos ⁊ ꝑtē mgr̄i gñalis. ⁊ ordinis sui ī toto
euellātur. Uolum⁹ q̄ lige ꝯfederatiōes ⁊ inscriptiōes q̄cun-

Dissensiones et cōtrouersie int̄ Regnum et Magistrū Prussie sopiende.

De damnis resarciendis ⁊ decimis prelatis polonie ꝑ Magistrū soluēdis

De nō ferēdis suppecijs ⁊ auxilijs cōtra Regnū Boleslao Swijdrigal

q̄ sunt vl' fuerunt inter mgr̄m generalē p̄ceptores p almaniā et Lijuoniā ⁊ ordinē ip̄oꝝ p̄latos Nobiles Ciues ⁊ subditos ip̄oꝝ. cum duce Boleslao. al's Srvidrigal. prelati. ducibus. Boijaris et sb̄diti terraꝝ Lithrvanie Samogitie ⁊ Russie facte. dn̄t esse casse. inanes. irrite. et in nihilum redacte. Ipsiq̄ mgr̄ et ordo p̄lati Nobiles Ciues et sb̄diti ip̄oꝝ. dn̄t p̄fatum ducē Srvidrigal deserē et dimittē ꝑpetuis tp̄ibus. et nunq̄ eidē aut alteri cuicunq̄ Magnoduci Lithrvanie ⁊ Russie auxilia et ꝯsilia ꝯ nos et successores nr̄os. ⁊ Regnuz nr̄m. ac etiā p̄claꝝ p̄ncipē dn̄m Sigismunduz magnumducē Lithrvanie modernum Magnumq̄ ducatum Lithrvanie p̄stabunt. nec aliq̄s ligas suggestiōes et ꝯfederationes. ī dānum nr̄m. aut Regni faciēt in ꝑpetuum cum eisdē. ymmo nec aliquē alium tenore et reputare dn̄t ꝓ Magnoduce Lithrvanie et Russie. nisi q̄ cum nr̄o ꝯsensu et Regio (quēadmodum p̄fat⁹ dux magnus Sigismundus modern⁹ ē elect⁹ iuxta dispōem dudum factā. inter Regnum polonie. ⁊ terras Lithrvanie) elect⁹ sit ⁊ posit⁹ in ducatuz. nec etiā ꝑmittēt ip̄m Srvidrigal de terris. seu ꝑ terras. et dominia ordinis: ip̄oꝝ dāna aut ī pedimēta regno corone nr̄is. ducatui Magno Lithrvanie et ducatib⁹ p̄dicti inferre nec ip̄m publice vl' oculte. ꝑ se vl' sb̄missas ꝑsonas iuuare aut sb̄leuare q̄uismō ¶ Itē vt hmōi pacē ꝑpetuā ⁊ cōcordiā sb̄ certiori attentiōis firmitate. et robore custodiamus et seruem⁹ ꝓmittim⁹ sine dolo et fraude sub fide et honore. ac onere p̄stiti Juramēti. Q̄ ad nulli⁹ viuenti hominis req̄sitionem inductionē suggestionē ꝑsuasionē vl' mādatuz. etī q̄cunq̄ dignitate p̄fulgeat. papali. imꝑiali. vel Regali. aut cuiuscunq̄ ꝯgregatiōis legittime ꝑsonaꝝ eccl'iasticaꝝ vl' secl'ariuz debebim⁹ vl' poterim⁹ ꝯuenire. ip̄is ī ꝑte vl' in toto exp̄sse manifeste vl' ocnlte ꝑ se vl' alium. seu alias q̄scunq̄ ꝑsonas sb̄missas Spirituales vel seculares. Neq̄ eas tal'r aut q̄cunq̄ mō violare. etī si modern⁹ imꝑator aut successores sui imꝑatores ꝑsonal'r cuz exercitu ꝯ mgr̄m ⁊ ordinē se mouēt nō debem⁹ ei nec successores nr̄i assistē ope ꝯsilio auxilio vl' fauore. ¶ Itē Q̄ medi⁹ fluuius drvancza sit limes inter Regnum nr̄m. et terras ordiois. Nec fiat in eodē fluuio aliq̄t molēdinum in limitib⁹ et Rippis ꝯmunib⁹. ¶ Et p̄cipue in loco Lubijcz dicto. in q̄ al's factuz fuerat. sic q̄ idē fluui⁹ suum ātiquuz meatum habeat Q̄q̄ residuum aggeri vna cuz pōte maneat sine omni clausura diurna et nocturna. ꝓstrata publica. nec nouñ

☞ De nō ferēdo auxilio ꝑ polonos. ꝯ Magistrum

☞ Drwancza medius fluui⁹ Limes inter Regnū et terras ordinis

☞ In loco lubijcz nō sit Molendinū.

molēdinū ibidē d̄inceps erigat̄. ¶ Quo ꝑ descēsuz ī trāte flu
men Uisla iterꝫ descēdēdo ꝑ ꝛ vislā inferi⁹ ipe medi⁹ fluui⁹ vi-
sla erit iterꝫ limes inter Regnum polonie. ꝛ terras mgr̄i ꝛ or
dinis Prussie. cum omnib⁹ suis insul' piscaturꝛ iurib⁹ ꝛ obuē
tionib⁹ vniuersis nll'is exclusis penit⁹ et exceptis. vsqꝫ q̄ ipa
medietas p̄dicti fluuij Uisla tāget locuz limituz. quē cōdam.
Serenissim⁹ p̄nceps dn̄s Kazimir⁹ diue mēorie Rex polonie
cum Mgr̄o prussie dicto Dußmar. inter terras Bijdgostien̄
et pomeranie certꝛ lr̄is. ꝛ signis nōbilib⁹ limitauit descp̄sit et
distinxit. ¶ Castro Jassijenijecz in terrꝛ ordinis remanente.
¶ Ita tn̄ ꝙ Castꝫ Nijeschorva cum territorio suo et villis
Murzijnorvo orlorvo Norvarvijesch et alijs villulis molen
dinis et vsib⁹ ad dc̄m Castꝫ. ꝛ territorium cuz omnib⁹ castri
Territorij ac villaꝫ p̄dictaꝫ Borris siluis et vtilitatib⁹ aq̄s
q̄z ꝛ eaꝫ decursib⁹ cn̄ pleno ꝛ totali dominio. ac cn̄ medietate
nauigij in flumine Uisla. ꝛ ei⁹ ꝓuētib⁹ ac insul'. ꝛ piscaturis
Jurib⁹ libtatib⁹ omnib⁹ et singl'is ad ipa spectātib⁹ ab ātiq̄
nll'o penit⁹ alicui p̄ter nos. et coronā Regni polōie iure ī eisdē
Castro et territorio. ac vill' reſuato. remaneat circa nos. ꝛ co
ronā Regni polonie ꝑpetue et in euum. ¶ Sic tn̄ ꝙ nll'i sb̄di
toꝫ saluo Cēsu d̄bito. ꝛ solui ꝯsueto ꝑ hāc cessionē in Jurib⁹
ipoꝫ in Insul' et Molēdinis p̄iudicium generetur Etsi nos in
iurib⁹ ipoꝫ ipos tollerare noluerim⁹: extc̄ licitn̄ sit nob̄ iuxta
ātiquā taxā. ꝓut ab ātiq̄ inter se vendē ꝯsueuerunt hmōi iura
cōpare et soluē. quēadmoduz Serenissim⁹ p̄nceps diue me-
morie dn̄s Uladislaus Genitor nr̄ carissim⁹ et corona polōie
pacifice ꝛ q̄ete tenuit. a tp̄e ꝯcordie circa locum Melno iacētē
in terrꝛ ordinis. inter castra Radzin. et Rogozno circa flumē
ossa. die sc̄i Stanislai Ep̄i ꝛ martirꝛ d̄ mēse septēbri facte vsqꝫ
ad r̄ceptionē ꝛ occupationē eorundē. ꝑ mgr̄m ꝛ ordinē d̄ āno
dn̄i. M. cccc. xxxj. attēptatā. ¶ Special'r addito et exp̄sso Q
omnib⁹ hominib⁹. et mercatorib⁹ cum q̄buscunqꝫ reb⁹ cuius
cunqꝫ generꝛ p̄tij vl' valorꝛ existāt ꝓficiscētib⁹. liberꝫ sit vēdē
hmōi res seu merces absqꝫ impedimēto ꝛ ꝯpulsa. et stare siue
manē cum eis. aut eas in ciuitate Nijeschorva locāda ꝯſuare
vl' trāsire cum eis q̄ placebit. siue ꝑ terrā: siue ꝑ fluuium visla
infra vl' s̄ vl' in Thorun. aut alia loca in terrꝛ ordinis ꝯstituta
¶ Itꝛ ī cipiē⁹ ab eo loco ī q̄ p̄dicti limites ꝑ dn̄z Kazimirꝫ r̄gē
polonie. et Mgr̄m prussie facti. et in eorundē lr̄is exp̄ssi termi
nātur et d̄sinunt in ꝓcedēdo. vlteri⁹ vsqꝫ ad introituz flumīs
Notesch siue Bijrzuennijlꝛ obseruabim⁹ istum moduz ꝛ or-

Mediū Visle Limes int̄ Regnū polonie. et terras ordinis vbi drwācza influit descendendo per Vislam

Castꝫ Jassijenijecz pro ordine.

Nijeschowa Castruz cum villis Murzinowa orlowo Nowauijesch pro Regno

De redimēdis Juribus ꝑ Regem iuxta taxā antiquā

De trāsitu mercatorum libero in terras ordinis.

dinem ¶ Qꝛ si ꝺ p̄dc̄tis limitibꝰ poterint bone fame tres homines ꝓ ꝑte nr̄a et corone. et tres ꝓ ꝑte mgr̄i et ordinis electi. visis vtriusq; ꝑtꝛ lr̄is Jurib⁹ et possessionib⁹. et alijs legittimis documētꝛ. ꝯcordare stabunt limites talr̄ ꝯcordati ¶ Ubi āt n̄ possent electi illi homines boni ꝯcordare. Extc̄ sortes ab vtraq; ꝑte mittātur Quācunq; āt ꝑtē sors ꝯtigerit sic emissa ¶ Pars reliq̄ quā sors ip̄a n̄ tetigit dꝫ sex ꝑsonas q̄s placebit ꝺ ꝑte p̄dc̄ta eligē. q̄ ꝑsone sic electe. postq̄ iuram̄to corꝑali limites inter ꝑtes p̄dc̄tas sic ꝺ limitib⁹ discrepātib⁹ firmauerint limites illi. sic iuram̄to firmati ꝓ signis et limitib⁹ inter Regnum polonie ⁊ Noue marchie ꝑpetue r̄manebunt Testes āt illi⁹ ꝑtꝛ cui sortes aduenerunt in ꝓcessu limitum p̄dc̄oꝝ castra Ciuitates ꝑtiuꝫ p̄dc̄taꝝ ex hac sortiuꝫ accessiōe n̄ attingēt nec mouebuut. aut ꝓ sua ꝑte aliq̄lr̄ vēdicabunt. ꝫ ꝑtes supius ex p̄sse Castra Ciuitates ab ātiq̄ tētas. absq; impedim̄to sortiuꝫ obtinebunt. ¶ Ita tn̄ ꝙ pōs in fluuio drarva circa ochczeth cum libo trāsitu ꝑpetuo manebit. h̄ addito ꝙ si in ꝑte Mgr̄i seu ordinis cesserit et in ei⁹ structura negligētia ꝯmissa fuerit licituꝫ sit nob̄ aut Capitāeis nr̄is hmōi pōtē nouum ꝯstruē et ātiquuꝫ refor̄are. q̄tiēs fuerit opportunuꝫ ¶ Et ne in posteꝝ ꝺ hmōi ꝑsonis et testib⁹ sup̄scriptꝛ aliq̄ difficultas oriatur. nos Reuereñ in cristo p̄rez dn̄m Frāciscum Ep̄m ꝛvarmieñ. ⁊ honorabiles ac Religiosum ꝛvolff ꝺ Saushenn Cōmēdatorē in Ostrorode ⁊ strēnuum Joānē ꝺ saijsen. ꝓ hmōi ꝯpositorib⁹ ⁊ honorabilē ac Religiosum Cōraduꝫ ꝺ Erbingharvsen. hermānum Reussop Thoruneñ. Henricum forrothdaneñ. p̄cōsules cum sup̄scp̄tis Ep̄o Cōmēdatore et Joanne ꝓ testib⁹ in casu q̄ sors Mgr̄m et ordinē tetigerit duxim⁹ nominādos et eligēdos. q̄ ad faciēduꝫ p̄missa cuꝫ nr̄is ꝑ Mgr̄m et ordinē nominatꝛ ⁊ electꝛ ꝯueniant nr̄i in Bijdgostiam ex ꝑte ordinis in Srvece in crastino natiuitatis Marie ꝓxime vēturo. aliunde hmōi limites sic vt p̄mittitur distinguēdos vlteri⁹ ꝓcessuri. ¶ Postq̄ āt vētuꝫ fuerit ꝑ limites p̄dc̄os sic vt p̄mittitur distinctos iuram̄to qn̄ limes ille fluuiuꝫ Notess ⁊ Bijrzꝛvēnilꝛ insiliet ip̄e fluui⁹ Bijrzꝛvennijlꝛ medi⁹ erit limes ꝑpetu⁹ inter Regnuꝫ polōie et terra Noue marchie et iteꝝ vbi bijrzꝛvennijlꝛ cuꝫ Notess ꝯfluit. medi⁹ fluui⁹ Nothess erit limes ita ꝙ ordo ⁊ sb̄diti ei⁹ ip̄m flumē ascēdēdo dimidiuꝫ miliare ⁊ descēdendo silr̄ medium miliare. ac v̄sus Regnuꝫ dimidiuꝫ miliare ꝓ pascuis pecoꝝ et pecuduꝫ q̄ꝝcunq;. ac ꝓ receptiōe argille calcis lapiduꝫ lignoꝝ tā ꝓ igne. q̄ ꝓ edificijs Castri ⁊ oppidi libeꝝ habeāt vsufructū. ⁊ silr̄ hoīes ⁊ sb̄diti Regni ⁊ corone

¶ De cōcordia sup limitibus tentāda.

¶ De sortib⁹ mittendis sup limitib⁹

¶ De sex ꝑsonis iuraturis sup limitib⁹ ꝓ ꝑte quā sors nō tangit.

¶ De pōte i fluuio drawa per Regem restaurando Magistro negligente

¶ De cōpositorib⁹ et testib⁹ casu quo sors. mgr̄m et ordinem tetigerit

¶ De limite in medio fluminis Bijrzwennijk et Notess ꝑpetuo in Regnū ⁊ terrā Noue marchie

dñio ⁊ ꝓprietate apd̄ Regnuz nr̄m remanētib⁹ ¶ Teloneuz āt aq̄ticum et terrestre cum pōte et ip̄i⁹ structura ꝟm antiquā cōsuetudinē absq; āpliori augmēto p̄dicti Thelonei apd̄ ordinē r̄manebunt ¶ Piscaturā etī p̄fat⁹ ordo sol⁹ liberā ī eodē flumine Bÿrzrvennÿlr seu Nothess. ascēdēdo ⁊ d̄scēdēdo vt p̄mittitur ꝑ mediū miliare a pōte q̄ ducit v̄sus poloniā obtinebit eo saluo ꝙ villa Trzebÿeschorv in suis limitib⁹ piscādi liberā hēat facultatē. ¶ Hoc adiecto. ꝙ in eodē dimidio miliari ascēdēdo et descēdēdo fluuium Bÿrzrvennÿlr. et etī v̄sus Regnuz silr̄ ꝑ medium miliare aliqd̄ fortalicium nō erigatur ¶ Itī postq̄ vētuz fuerit ad limites ꝑ aquā vbi fluui⁹ bÿrzrvennÿlr. siue Nothess talr̄ ꝓcedēdo inferi⁹. vt s̄ dc̄m ē. v̄sus Lanczberg sup differētiā ibidē ex opposito p̄dc̄ti oppidi ꝯsurgēte. ꝑs vtraq; vczt Nos et Mgr̄. ac ordo elegim⁹ nob̄ ꝓ iudice Reuereñ in cristo p̄rez dñm Cristoferꝫ Ep̄m Lubuczeñ. in quē ꝑtes ip̄e d̄ alto et basso ꝯpromittēt. et ad festuz sc̄e Trinitatis ꝓximum. ibidē circa Lāczberg adducēt. ⁊ ꝓductī corā eo iurib⁹ et ꝓbatiōib⁹ legittimis in termino seu terminis ꝯpetētib⁹ ab vtraq; ꝑte lauduz et ꝓnunciationē quā vsus ꝯsilio sapiētum. sup oī b⁹ differētÿs inter Regnñ et oppidū p̄dictū lāczberg tulerit. ābe ꝑtes hmōi sentētiā suscipē. laudare. emologare et ꝟuare sb̄ fidei puritate tenebuntur. ¶ Volum⁹ etiā ⁊ d̄cernim⁹ ꝑ p̄ntes. ꝙ Theloneum et d̄positum vulgarit̄ et ablata. Mgr̄ et ordo restituē teneatur. ¶ Et si aliq̄s sb̄ditoꝝ d̄ terrī. aut dñÿs nr̄is vellet ad terras ordinis rōe incolat⁹ se trāsferre licite poterit. ⁊ libē recedē. absq; q̄uis impedimento aut arresto ꝑsone. et bona sua vendē. aut d̄ eis disponē iuxta bñplacitum libē voluntatī. parimō volum⁹ d̄ bonis in terris Mgr̄i et ordinis ablatī seu occupatī obꝟuari. ¶ Itī. Oēs coadiutores ⁊ adherētes q̄ in fauorē nr̄i et Regni nr̄i polonie coadiutoꝝ ⁊ sb̄ditoꝝ nr̄oꝝ Mgr̄m ⁊ ordinē prussie diffidarunt ab omni impetitiōe Mgr̄i et ordinis p̄dicti sint liberi ⁊ soluti ¶ Itī oēs apostote ordinis p̄dicti in Regno nr̄o. ⁊ terrī Lithuanie Samagitaꝝ Mazouie Russie ⁊ Stolpeñ. ⁊ alÿs dñÿs Regni nr̄i et terraꝝ p̄dictaꝝ ꝯmorātes. ne diuti⁹ in suis peccatis tollerētur d̄ regno nr̄o et dñÿs nr̄is p̄dictī. ꝑ nos ⁊ officiales nr̄os exire ꝯpellātur. ⁊ deinceps hÿ et alÿ ī eisdē nllatenꝰ foueātur ¶ Itī ꝙ nllus mercator. seu ali⁹ hō. cuiuscunq; cōditiōis existat. aut bona ip̄i⁹ ꝓpter d̄lictum seu debitū alteri⁹ arrestetur. molestetur. vl̄ turbetur nec etī captiuetur. ¶ Itē si vectores et aurige bona seu merces Mercatoꝝ ꝓ p̄cio ducētes Thelonea seu loca datiaꝝ p̄terierint. ip̄i duntaxat ī rebus et eq̄s suis ꝓprÿs puniātur. ⁊ ꝙ ꝓpterea bona Mercatoꝝ nō

¶ De Theloneo et ponte ꝓ magistro et ordine

¶ De piscatura libera ꝑ medium miliare supra et infra.

¶ De nō erigendo aliquo fortalicio in Bÿrzwennÿk.

¶ De Episcopo Lubuczeñ ꝓ iudice ꝑ vtrāq; partem eligendo.

¶ De Theloneo ꝑ Mgr̄m ablato ⁊ ordinem. restituendo.

¶ De libero trāsitu Incolaꝝ hincinde faciendo ꝓ placito

¶ De Coadiutoribus Magistrū diffidantibus libē mittendis

¶ De Apostatis a Regno polōie pellendis

¶ De nō arrestādis Mercatoribus rōe culpe aliene

De pena vectoꝝ telonea nō soluentiū.

dñt occupari nec ꝺtineri. ¶ Itꝫ silua Babsco circa fredelāth ī districtu Nalzleñ. impignorata ordini ꝓ certa summa r̄dimi poterat. ꝑ ī pignorātē vl' ꝑ Regnum soluta summa ordini. ꝓ q̄ extat obligata et in lr̄is desuꝑ ꝯfectꝫ ꝯtinetur. ¶ Itē Datio siue exactio dicta funthomczol suꝑ q̄ p̄scis tꝑib⁹ ⁊ hactenus cōtrouersia inter Mgr̄m et ordinē. ac Mercatores terraꝝ regni polonie Ducat⁹ magni Lithꝛvanie et ducatuuꝫ p̄dictoꝝ v̄tebatur. ⁊ pēdebat ex certꝫ causis indecisa. talē ponim⁹ ordinem. Qꝛ mercatores Regni ducat⁹ magni ⁊ ducatuñ p̄dc̄toꝝ p̄ter alia q̄cunq̄ ḡuamina et solutiōes imposteꝝ imponēdas q̄buscunq̄ nominib⁹ nuncupētur rñdeāt ordini. ꝺ eadē duntaxat si aliqñ ꝯtigerit ip̄os cum bōis suis ī nauib⁹ ꝓprijs nauigare vltra mare. ¶ Ita tñ ꝙ si Ciuitates maritime lib̄tate et absolute via Jurꝫ fuerint ab eadē. ꝙ ciues Mercatores ⁊ indigene Regni et terraꝝ. polonie. lithꝛvanie. mazouie. russie a solutiōe hm̄ōi sint sil̄r liberi ⁊ excepti. ¶ Et illa oīa q̄ ab eis a tꝑe. q̄ pñs pax ꝑpetua ē firmata rōe hm̄ōi exactōis sunt r̄cepta integl̄r r̄stituātur ꝑ ordinē p̄dictum Mercatorib⁹ Regni ducat⁹ magni. ⁊ ducatuuꝫ p̄dictoꝝ viceuersa absq̄ recusatiōe ⁊ renitētia q̄licunq̄. interruptiōe. ꝯsuetudine. p̄scriptiōe. ⁊ diuturnitate ñ obstātib⁹. Si v̄o ꝑ ꝯcordiā extincta fuerit ad restitutionē r̄ceptoꝝ minī e teneātur Alie āt oēs ⁊ singl̄e exactōes q̄buscunq̄ vocitētur noīb⁹ a mercatorib⁹ terraꝝ r̄gno polonie ducatui magno lituanie. ⁊ ducatib⁹ p̄dictꝫ sb̄iectaꝝ vt p̄fertur indigēis ī terrꝫ mgr̄o ⁊ ordini sb̄iectꝫ ¶ Et specialr̄ exactio q̄dā dicta lobegal ⁊ fijrlzen nullaten⁹ dēcetero exigātur. ¶ Nec Nos rex dux magn⁹ Lituāie duces mazouie ⁊ stolpeñ ī ponem⁹ aliqd̄ nouuꝫ Teloneum ī ḡuamē ⁊ p̄iudiciuꝫ duntaxat sb̄ditoꝝ ordinis p̄dc̄ti Et si qd̄ nouuꝫ ē impositꝫ in terris nr̄is ⁊ ducatib⁹ p̄dictꝫ a tꝑe ꝯcordie c̄ca locuꝫ melno facte omnino ꝺponatur. ¶ Teloneis ⁊ ꝺpositꝫ ātiq̄s sꝑ saluis. ¶ Itē cum medietas Nauigij c̄ca Thorun s̄dicti cum medietate pecuniaꝝ ꝺ ip̄o ꝓueniētiuꝫ nob̄ vigore p̄us habite et p̄ntꝫ ꝯcordie. ī ꝑpetuuꝫ hēdibus ⁊ successorib⁹ nr̄is ꝺbeatur ¶ De collectore pecuniaꝝ ex ip̄o sic inter nos existit ꝯuētuꝫ. ordinatum ⁊ ꝯclusuꝫ. ꝙ is q̄ ꝑ nos ⁊ successores nr̄os ad ea fuerit ꝺputat⁹ ꝯueniat cuꝫ ꝯmēdatore Thoruneñ. ꝓ tꝑe exñti. vno āno ī opido Thorun. ⁊ alio in nijeschoua. ⁊ sic sꝑ vicib⁹ alternatꝫ collectorē hm̄ōi singl̄is ānis sil̄ ꝯstituāt ¶ Qui sb̄ p̄stito iuram̄to pecunias q̄s collegerit dieb⁹ dñicis ī man⁹ vtri⁹ q̄ p̄ntet eq̄li portione diuidēdas solutis p̄cijs famlꝰ ⁊ repatiōe Nauium ꝺ cōi. Et si alteri parti ille collector pecuniarum nō placuerit

☞ De silua babsco redimēda ꝑ Regnū vel impignorantē

☞ Exactio funthomczol ꝑ mercatores soluenda

☞ Si Ciuitates maritime a teloneo libere sint mercatores Regni polonie eadē lib̄tate potiāt̄.

☞ De restitutione ꝑceptoꝝ Mercatoribus faciēda vl' nō

☞ De exactione lobegal et fijrken non exigenda

☞ De Thelonei noui in Regno polonie nō institutiōe

☞ Telonea antiq̄ Salua ꝑmaneant

☞ De collectore ex vtraq̄ ꝑte eligendo ānuatim vicibus alternatis.

☞ De solutiōe famuloꝝ et nauiū reparatione cōmuni pecunia

anno elapso tam Capitaneus siue ad ea ꝺputatus. q̄ꝫ Cōmen
dator ꝯuenien̄. vt s̄ alium eligāt. q̄tiēs fuerit opportunum.
¶ Seruitia v̄o ꝑ famlos Nauigij p̄dc̄i q̄ Scharꝛverlꝛ appel
lātur fieri ꝯsueta ꝑtib⁹ p̄dictꝛ. silr alternatꝛ septiāis. ⁊ parib⁹
vicib⁹ impēdātur. et tc̄ ꝑs q̄libꝫ ī sua septiāna ip̄is ꝓuideat ꝺ
expēsis. mō et forā sic̄ hacten⁹ est eis ꝓuisum. ¶ Item si aliq̄
de terrꝛ Regni nr̄i ducat⁹ Magni ⁊ ducatuuꝫ p̄dictoꝝ sb̄ditꝛ
ordinis iniuriā intulerit. et sup̄ eo Capitane⁹ vl̄ ali⁹ official̄ nr̄
req̄sit⁹ iustitiā n̄ fecerit. Extc̄ ꝓ negligētia hmōi ab officio est
deponēd⁹. nisi ꝺ innocētia sua iuram̄to ꝓprio et corꝑali se pur
gauerit ¶ Silr ex alia ꝑte. si ꝯmēdator vl̄ official̄ ordinis p̄no
minati. in reddēda iustitia in p̄missis negligēs fuerit. parimō
ꝺstituatur. Et nihilomin⁹ successor. iustitiā teneatur facē ex-
peditā req̄rēti ¶ Si v̄o is q̄ ꝓ iustitia rōe ꝺlicti. vl̄ al's: req̄rit
simplex fuerit Terrigena. et iustitiā facē r̄cusaret aut neglige
ret. Extc̄ dāna iustitiā req̄rēti. ꝑ capitāeum seu cōmēdatorē ꝺ
bonis terrigene p̄dicti ꝯpēsentur et soluātur nisi sil̄i se purga
uerit Juram̄to. ¶ Itꝛ si ꝑ aliquē sb̄dituꝫ indigenā vl̄ aduenā
alicui⁹ nr̄m. casu et euētu Inscriptiōi seu paci hmōi. ꝑpetue
fuerit ī aliq̄ ꝺrogatuꝫ et ꝯuētum. vtpote. rapine. spolia. incē
dia. vastatiōes. p̄de. vl̄ homicidia. aut aliq̄ maleficioꝝ gn̄a in
dn̄ijs. et terrꝛ nr̄is alterutris patrata fuerint et cōmissa. ꝓpte-
rea pax p̄dc̄a. cassari. irritari n̄ ꝺbebit. s̄ in suo robore. ⁊ firmi
tate ꝑmanebit Nec ꝓpter h̄ ꝑs cui⁹ sb̄dit⁹ maleficiuꝫ hmōi cō
miserit cēsebitur fore deierās seu ꝑiurās. ¶ Predicti āt ꝺlin
quētes. et malefactores ꝓ ip̄oꝝ excessib⁹. ꝑ Capitāeos seu of
ficiales vtriusq̄ nr̄m iudicialr puniātur. et ad satisfactionem
plenā et ꝺbitā arcebuntur et ꝯpellētur. ¶ Itꝛ vt Capitāei pa
latini. comēdatores. officiales. seu iudices ꝑtꝛ vtriusq̄ ad ad-
ministrationē iustitie forti⁹ inducātur Et ne aliq̄ g̃uis displi-
cētia inter Nos Regē. ducē magnuꝫ. ⁊ duces p̄dc̄tos ex vna
Mgr̄m ordinē et terras sb̄iectas sibi p̄nominatꝛ et sb̄ditos co
rundē ꝑte ex altera imposteꝝ valeāt exoriri singl̄is ānis Nos
rex p̄fat⁹ duos ex Cōmēdatorib⁹. viros boni testimonij ⁊ cō
sciētie in festo pēthecostes. Et silr Mgr̄ et ordo duos palati-
nos. aut alios parꝛ ꝯditiōis. in p̄fato festo ꝺ terrꝛ nr̄is p̄dictis
eligāt. ⁊ sibi quātotius poterint hmōi electiōes ꝑsonaꝝ scri-
ptis insinuent. ¶ Qui in festo sancti Michaelis cōuenientes
vno āno in Nijeschorva. alio in Thorun. et tactꝛ sacrosanctis
Euāgelijs. fauore timore et odio exclusis. de iusticia facienda
puniēt Judices. ac officiales ī administratiōe iustitie r̄missos
et negligētes. et iura municipalia loci ꝺlicti ꝑtib⁹ lesis faciēt

¶ De Seruicijs alternatim impendēdis. et expensis prouidendis

¶ Capitane⁹ super Justicia exequenda negligēs officio priuandus. Al's iuramento purgādus

¶ Cōmendator negligēs ab officio deponit̄ Substitutus institiam facturus.

¶ Requisitus de iustitia ad dāni solutionē cōpellendus.

¶ Propter excessuꝫ vnius par ꝑpetua nō ē infirmanda.

¶ Delinquēs ꝑ Capitaneos ad satisfaciendū cōpellēdus.

¶ Duo cōmēdatores et duo palatini eligēdi ꝓ iudicibus et officijs remissis puniendis.

¶ Vno anno in Thorun alio in Nijeschowa cōuenturi.

nihilominꝰ iustitiā ꝯgruētē. vl' ꝑtes ꝟm eq̄tatē. ⁊ bonā iusti-
tiam ꝯponēt. ⁊ omnia faciāt q̄ ꝓ ꝯseruatōe hmōi iurate pacꝭ
ꝑpetue viderint expedire. ¶ Parimō inter samagitiā ⁊ prus
siam vno āno ī veluna. et alio in Regnijth inter Lithuaniā ⁊
Lijuoniā vno āno ī huspole. et alio ī dijmborg al's ī nouijna
ī ter Nouā marchiā. ⁊ maiorē poloniā vno āno ī Sijralrorvo
al's Czirlr. alio in dreßno inter terrā dobrineñ. ⁊ Prussiā vno
anno in Ripijn et alio in Brodnijcza. Inter terras Mazouie
ducꝭ Uladislai et prussiā. vno āno ī dzoldorv ⁊ alio ī mlarva
inter vißnam et prussiā. vno āno in vißna et alio Janusburg
inter terras ducꝭ bollronis ⁊ prussiā. vno āno ī Czijechanorv
et alio in Nidborg. ꝑ omnia volumꝰ ⁊ d̄cernimꝰ obßuari. īter
ducatuz Stolpeñ et prussiā vno āno in Stolp. et alio āno in
Rijtharv. inter Nouā marchiā ⁊ terrā Stolpeñ. vno āno in
Recz ⁊ alio in Sathijn nisi ꝑtes de alijs locꝭ fuerint ꝯcordes
¶ Itꝭ Ne circa limites displicētie seu ꝯtrouersie suscitari va
leāt. Volumꝰ limites. d̄ q̄ennio in q̄ennium vbi opꝰ fuerit in
nouare. ¶ Itꝭ lib̄ sit trāsitꝰ ⁊ via. omnibꝰ mercatoribꝰ. ac in
colis terraꝝ. et dn̄ioꝝ ordinis cum suis Mercācijs frumētis
cuiuscunqꝫ g̃ni. ⁊ rebꝰ q̄buscunqꝫ et cuiuscunqꝫ ꝯditiōis. vel
Maneriei existāt. sine impedimēto. vl' angaria. ꝑ terras ⁊ ma
ria. aq̄s et flumina q̄cunqꝫ ascēdēdo. in et ad Regnum polōie
terras Lithrvanie Samagitaꝝ. Mazouie et Russie. et descē
dēdo ꝑ ip̄m Regnuz atz terras p̄dictas. ac per ip̄a flumina seu
aq̄s vsqꝫ ad Maria. ⁊ trāsmare in nauibꝰ ꝑuis siue magnis va
cuis siue oneratꝭ imꝑpetuuz. quōcunqꝫ et q̄tiēscunqꝫ volue-
rint. absqꝫ aliq̄ arresto vl' impedimēto cuiuscunqꝫ. ⁊ specialr
oppidanoꝝ in Thorun. Quasq̄dē merces. frumēta et res. vt
p̄scriptuz ē. si p̄fati mercatores seu Incole ordinis ducentes.
vendē aut stare. in aliq̄ locoꝝ seu Ciuitatum ad portum siue
Rippā p̄dictā aq̄ꝝ siue marꝭ situatoꝝ. seu situataꝝ voluerint
ē ⁊ dz esse in ip̄oꝝ arbitrio et voluntate. Si v̄o vendē nolue-
rint p̄nt absqꝫ omni impedimēto ire seu ascēdē vl' d̄scēdē q̄ eis
placuerit. cum rebꝰ p̄dictꝭ vt supius ē exp̄ssum. Theloneis ⁊
ātiq̄s depositꝭ ꝓut s̄ saluis. ¶ Itꝭ Omnia dāna. iniurie. dis-
plicētie. impēse. et expēse p̄latoꝝ eoꝝqꝫ Ecclesijs ⁊ capl'is. ac
Abbatibꝰ. p̄oribꝰ Cōuētibꝰ Monasterijs. ꝑsonis eccl'iasticꝭ
secl'aribꝰ. et alijs q̄buscunqꝫ ꝑ nos. sb̄ditos coadiutores ⁊ ad
herētes nr̄os. in terrꝭ Prussie et extra. illata quōlibz ⁊ facta ī
omnibus guerris p̄teritis. et econtra ꝑ sepedictum mgr̄m et
ordinem ac exercitus ipsoꝝ prelatis in dominijs Regni nostri

☞ De Limitibus de q̄nquennio ī q̄n quēniū inuouāds.
☞ De libero transitu Mercatorum ꝑ terras et flumina

☞ De damnis et iniurijs hincinde sopiendis et extinguēdis

cōstituti sint sopita. auctoritate pñtiuz penit⁹ ⁊ extincta ita q̄ ꝑtextu eorundē ꝑ ꝑlatos ipos. aut eoꝝ aliquē suis aut eccl̄iaꝝ Capl̄oꝝ Cōuētuuz siue monasterioꝝ suoꝝ noīb⁹ mgr̄o ⁊ ordini ꝑdicto. vl̄ alijs sup̄dicti. q̄stio. cā. actio. vl̄ ī petitio d̄ iure vl̄ d̄ facto nll̄o vnq̄ tpe moueatur. ¶ Itē Mgr̄ ⁊ ordo ꝑdc̄i tenebuntur nob̄ rōe ꝯcordie pñti. dare ⁊ soluē Nouē milia florenoꝝ cuz q̄ngētis hungaricalib⁹. iusti ⁊ boni pōderis. aut eoꝝ valorē ī mōeta prutenicali bōa noua. medietatē in dñica Letare. et aliā medietatē. in festo sc̄i Martini Ep̄i in Thorun ꝓxime affuturi. ꝓ ratha cuiuslibz solutiōis lr̄as q̄ttātias tenebuntur assig̃re ¶ Itē circa Judices. iudicia. mercācias emēdas. vl̄ vēdēdas. ⁊ circa victualia ꝯpanda. ⁊ Thelonea ātiq̄ soluēda rōnabil̄ ꝯsuetudo tpe bone mēorie Uijtorvdi magni duci Lithrvanie tēta. ī Lithrvania. Samagitia. ⁊ Russie. incōcusse ꝑuetur. ⁊ quātuz fieri poterit. iuxta rituz Catholicoꝝ in meli⁹ reformetur ¶ Itē ne circa hāc ꝯcordiā ꝑpetuā aliq̄d imposteꝝ relinq̄tur. q̄d possit mētes ⁊ sb̄ditos ꝑtium ꝑdictaꝝ tā spirituales. q̄z secl̄ares ad lites ⁊ odia q̄cunq̄z ꝓuocare infuturꝝ. Cām eccl̄ie Uladislauieñ. ⁊ ip̄i⁹ Ep̄i. sup̄ demollitione dom⁹ Ep̄alis añ oppidum Gdansk in ꝑteriti guerris ꝑ oppidanos Gdaneñ. attēptata. q̄ in curia Romana. ⁊ cōstantieñ. ac Basilieñ. ꝯcilijs ꝑ ānos plurimos pēdebat indecisa. duximus de ꝯsensu ꝑtium. et Uenerabil̄ capl̄i Uladislauieñ. ꝑ medium ꝯcordie sopiēdā. Ita vczt. Q̄ mgr̄ ⁊ ordo ꝓ Oppidāis Gdanēsib⁹ Reuereñ. in cristo pr̄i dño Uladislao moderno eccl̄ie Uladislauieñ. ep̄o Mille ducētos florēos hungaricales boni ⁊ iusti pōderi. ꝓ media ꝑte hmōi summe in festo Carnispriuij. ⁊ vno stamine Bruslieñ. boni opis in oppido Thorun et ꝓ alia media in festo sc̄ti Michaelis ibidē ꝓxime affuturo. rōe d̄mollitiōis dom⁹ ꝑdicte soluēt. ⁊ expediēt cum effectu. ⁊ absq̄z excusatiōe aliq̄li. dñs v̄o Ep̄s ꝑdict⁹ ⁊ Capl̄m ei⁹ eosdē oppidāos Gdaneñ. ⁊ ordinē ab impetitiōe sua. dz dimittē absolutas. ⁊ cām hmōi extinguē. nunq̄z ip̄is de cetero ꝑ se ⁊ successores suos intētādum. quā ordinationē ꝑfati dñs Ep̄s et oppidāi publice et solēniter emologarñt. Solutiōe facta dñs Ep̄s ꝑfat⁹ cum Capl̄o suo. sup̄ q̄libz solutiōe q̄ttabit sufficiētibus lr̄is Mgr̄m ordinē ⁊ oppidanos añdictos. ¶ Itē mgr̄ gñalis ⁊ ordo oēz exactā ⁊ extremā diligētiā faciēt Q̄ mgr̄ almanie. j. vnuz ānum mai⁹ suuz Sigilluz huic ꝯcordie ꝑpetue appēdz q̄ si facē nollz ꝑ cñ aliq̄ dño spñali vl̄ tpali rōe bonoꝝ ab eodē dño obtētoꝝ regi Regno polōie ⁊ ducatib⁹ ꝑmissis

De soluēdis. ix milibus et q̄ngētis florenis ꝑ Mgr̄m

De ꝯsuetudine veteri ꝑ omnia obseruanda.

De sopiēda cōtrouersia sup̄ demollicione dom⁹ Ep̄alis ante Gdansk

De sigilli maioris Magistri almanie appensione pro Cōcordia firmāda.

ac eoꝝ sb̄ditis bella moueret. ¶ Extc̄ Mgr̄ gn̄alis. et mgr̄ seu preceptor Lyrvonie. et fratres ordinis per Prussiam et Lyrvoniā absq; dolo ⁊ fraude sb̄ fide et honore p̄stiti iuram̄ti eidē Mgr̄o Almanie. Necnō ill' dn̄is sb̄ q̄b⁹ ꝯsistunt. ac alijs q̄buscunq; hominib⁹ ꝑ se vl' alias publice vel occulte directe vl' indirecte. cum gētib⁹ armoꝝ pecunijs armis. aut alijs auxilijs q̄buscunq;. ꝯsilio vl' fauore. n̄ dn̄t neq; pn̄t sb̄uenire ali q̄ excogitato ingenio vl' colore. ꝙ si ꝯrium fecerint. ⁊ id legittimis documētis ꝓbatuz fuerit. ꝙ tc̄ subditi eoꝝ. ab omnib⁹ omagijs Juramētis ⁊ subiectionib⁹ liberi ⁊ soluti esse dn̄t in h̄ casu. donec ad obseruationē pact ꝑpetue reuertētur. ¶ Itē Nos Uladislaꝰ Rex p̄dict⁹ oppidum anrsrvald al's Choschczno. qd̄ exercit⁹ p̄ris nr̄i bone mēorie dn̄i Uladislai acq̄siuit. ⁊ cui⁹ possessionē hucusq; habuim⁹. pacificā mgr̄o et ordini infra hinc ⁊ dn̄icā Letare ꝓxime vēturā. cum Curijs villis. ⁊ alijs omnib⁹ coherētijs ad p̄dictum oppidum spectātib⁹. restituere tenebimur et debem⁹ Nobiles insup̄ de Nouarvedel ⁊ Fellremburg. cum oppidis Castris ⁊ omnib⁹ bonis suis in Noua marchia ꝯsistētib⁹. q̄ p̄ri nr̄o p̄dicto fidelitatē ⁊ omagium exercitu nr̄o in Noua marchia exn̄te p̄stiterāt ad mgr̄m ⁊ ordinē absoluti p̄mo a nr̄is omagijs ⁊ iuramētꝭ. rōe bonoꝝ p̄dictoꝝ dumtaxat nob̄ factꝭ. infra hinc ⁊ p̄dictum terminum dn̄ice Letare r̄uertātur. Qualr̄cunq; āt ip̄i Nobiles ⁊ oppidum arnsrvald ad possessionē Mgr̄i et ordinis accesserit. siue de manib⁹ nr̄is aut nr̄oꝝ. siue etiā alijs mōis q̄buscunq; ꝙ ꝑ h̄. huic articl'o satisfacē cēseamur. Prouiso tn̄ ꝙ Mgr̄ ⁊ ordo eosdē fauorabil'r ⁊ benigne recipiāt. ⁊ de vita ac bonis assecurent. quēadmodum de hmōi assecuratiōe. ꝑ Mgr̄m ⁊ ordinē in festo purificationis Marie ꝓximo. dz eisdē ꝓuideri. ⁊ in castro Ranczansch hmōi lr̄a assecuratiōis p̄ntari. ¶ Itē castꝝ Mijeschorva. cum districtu ⁊ medietate nauigij vt supius ē exp̄ssum. Mgr̄ ⁊ ordo infra hinc et dn̄icā Letare proximā. ad man⁹ Reuereñ. ī cristo p̄ris dn̄i Uladislai Ep̄i Uladislauieñ. nomine nr̄o. dn̄t tradere. restituere et assignaee cum effectu. ¶ Itē vt h̄ ꝯcordia cum tāta maturitate ꝯcepta. habundantiori cautela valeat ab vtraq; ꝑte fortius ⁊ attētius custodiri ꝓmittimus bona fide attēte ⁊ fidel'r ī v̄bo nr̄o Regio absq; dolo et fraude corꝑali p̄stito Jura mēto hmōi ꝯcordiā ī omnibus suis articl'is. atq; punctꝭ obseruare. ¶ Et vt ꝓpēsiori vi

De nō ferendis suppecijs ꝑ mgr̄m et ordinē. Al's subditi a iuramentis p̄stitis absoluantur.

De Oppidi Aruswald Magistro restitutōe

De Castri nijeschowa cū districtu restitutione

Forma iuramēti super Concordia facta prestandi

gilātia ip̄ius Capitula attēdātur. Decernim⁹ formā iuram̄ti sb̄ v̄bis et tenore infrascripti. Ego. n. Juro q̄ hāc concordiā obseruabo Nec ꝯueniā ei facto auxilio ꝯsilio vl̄ fauore sic me de⁹ adiuuet et hec sancta Et q̄ omnes Reges successores nr̄i et heredes. infra annum Coronationis sue. seu suscepti regiminis. Sil̄r dux magnus Lithrvanie modern⁹. ad requisitionem alterius partis ꝑ nuncios speciale mādatum habeñ. hmōi pacē ꝑpetuā Juramētis firmare ⁊ stabilire teneantur. Q̄q̄ de decēnio ī deceēnium. ꝑ p̄latos. duces. palatinos. cōmēdatores. terrigenas. atz ciues. tā nr̄aꝝ q̄ ordinis partium et p̄us nō Juratos dz nouis iuramētis solidari ¶ Itē vt ꝑs ꝯ partē metu animaduersiōis p̄ñtis. ad bella et p̄lia nō ꝯsurgat. Statuim⁹ decerneñ. Q̄ nr̄i p̄lati. milites. ciues ⁊ tota cōmunitas debeāt et teneātur Terraꝝ mgr̄i ⁊ ordinis. p̄lati. nobilibus. militibus. ciuib⁹. et toti ꝯmunitati dare certas nr̄as lr̄as. ⁊ pares siue reuersales ab ip̄is sb̄ eadē forma recipe. q̄s tā nos q̄ p̄fatus Mgr̄ et ordo. vtrisq̄ sb̄ditis nr̄is. dare promittimus et debem⁹. ¶ Ipsiq̄ subditi nr̄i. sb̄ditos mgr̄i ⁊ ordinis. ⁊ ecōuerso subditi ordiuis: subditi Regni nr̄i dare ⁊ p̄ñtare tenebuntur in dñica Letare ꝓxime vētura sb̄ hijs vl̄ sil̄ibus v̄bis. Q̄ si nos vel successores nr̄i. stāte hmōi pace ꝑpetua Mgr̄o ⁊ terri ordinis vellem⁹ aut conaremur hmōi guerras. aut bella mouere. nō dñt nob̄ sb̄diti nr̄i ꝯsentire nec in h̄ obedire aut parē. q̄nymmo erunt ab omnib⁹ nr̄is omagijs iuramētis ⁊ subiectionib⁹ liberi et soluti. donec ī h̄ casu. Nos ⁊ successores nostri ad obseruātiam pacis ꝑpetue reuertemur.

De litteris per Nobiles et Ciues hincinde dandis

Forma lr̄arum Reuersaliū hincinde dandarum

¶ Itē Omnes violationes Treugaꝝ. ac pacī federꝝ. stipulationum. ꝯctuum. si q̄ inter ꝑtes p̄dictas ī guerris p̄teritis. accidissent. vigore presentis cōcordie anullamus et cassamus.

Omnes violationes Treugaꝝ. ⁊c̄ inter partes prius facte cassantur

¶ In cui⁹ rei testimonium Sigillum nr̄m q̄ ad p̄ñs vtimur cum infrascriptorum Illustrium ac preclarorum dominoꝝ fratrum nostrorum Carissimoꝝ ducum. Baronumq̄. militum. procerum ⁊ Ciuitatum Sigillis p̄ñtibus sunt appensa vczt Sigismundi magniduci Lithrvanie p̄dicti Semorvithi Kazimiri Uladislai Boleslai Mazouie Boguslai Stolpeñ. Michael̄ p̄fati dñi Sigismñdi magniduci Lithrvāie nati ducum. necnō Reuerēdissimoꝝ ac Reuerēdoꝝ ī christo patrum dñoꝝ Alberti sancte Gnezneñ Ecclesie primatis. ⁊ Joānis Leopolieñ Archiepiscopoꝝ. Sbigne. Crac̄ Stanislai pozna-

nieñ. Uladislai Uladislauieñ. Stanislai ploczeñ. Mathie
Uilneñ. Joannis Chelmeñ. Pauli Cameneczeñ. ⁊ Andree
Uladimirieñ. Episcopoꝝ Andree Uladimirorvijcz Chebdo
goldorvycz Jorgij Syemyonorvycz Russie ducum. ⁊ Ma
gnificoꝝ Nicolai de Michalorv Crac̄ Castellani Sādiuogij
de Ostrorog poznanieñ. petri de pyeskorvaskala Crac̄. Jo
annis de Czyzorv sandomirieñ. Martini de Calmorva Sira
dieñ. Joannis de Lychyn Bresteñ. Jarandi de Brudzervo
Juniuladislauieñ. Ostyk Castellani Uilneñ. Bolgerth vil
neñ. Lulusch Troceñ. Joannis Manzyk de Dambrorva
Leopolieñ. petri Odrorvansch podolie. stanislao Grod de
Srzenskro ploceñ. Joānis Glorvacz de Lauzenycze Czyr-
neñ. pauli de Radzimorv Belzeñ. palatinorum Martini de
slanskro poznanieñ. Bobeslai de Syenno sandomirieñ. pe-
tri de Zirnykri Calichieñ. Laurentij Zaramba siradieñ. Pe-
tri de Bnyno Gnezneñ. Alberti Malskri Lācicieñ. Floriani
de Corythnycza Uislicieñ. Domarath de cobilanij Lubli-
neñ. Nicolai de Uorzunorvo Brzesteñ. Cristini de Cozye-
glorvij sandeczeñ. Joannis de Tanczyn Uoynyczeñ. przed
borij de Conyecz polye Rospyerieñ. Nicolai d̄ Uirzbiczskro
Dobrineñ. Joannis de Balycze Radomieñ. Barthossij de
Gostin Nakleñ. Martini de Uyrzyskra Juniuladislauienſ.
Clemētis de Strzelcze Byeczenſ. Uincētij de Schamotuli
Myedzyrzeceñ. Dobrogostij de Colno Cameneñ Przedpel
conis de Copydlorvo Lādeñ. Dzyk przybislai Zarnouieñ
rvarsy de Ostrorv Zauichostenſ. Pauli de Byskrupycze
Malogosteñ. Alberti de pakroscz Srzemeñ. Mathie Brze
zineñ. Joannis de Calynorva Sandeceñ Petri de Chelm po
lanecenſ. Nicolai de Lubstorv Cruskvicienſ. Stanislai de
Scarscbervo Byechouieñ. Jacobi Przekrora Czechouieñ.
Przybyslai Corvaleñ. Nicolai Kyelbasscha Bydgostieñ.
Jacussij de strzygij Rypyneñ. paskronis de Goslarvycze co
narienſ. Joānis de Ulonorvo Rogosneñ. Hriczkronis Kyer
deyorvycz Leopolieñ. Nicolai de Uyssnicze premislieñ. Pe-
tri de Smolicze sanoczeñ. Michaelis de Buczacz Halicieñ
Joānis d̄ Oleschnycza marsalci Andree d̄ Lubino Thezau
rarij r̄gni polōie Andree d̄ Czechorvice ploczeñ. rvigādi de
ostrolōga cyrneñ. dobrogostij d̄ Norvydrvor. rvarschouieñ
interponat: aut si vulnerat⁹ fuerit: aut si phalangã ꝛsiderat. hoc idem facere nisi voluntas iudicis fuerit non potest. Postꝙ circulo pax indicta fuerit: ambo debent circulum affectare: quẽ ipis Judex licentiare debet de iure. finalia fermenta de vaginis gladiorum ꝛponere ꝛbent: nisi a iudice licentiã habuerint: ambo ornati ꝛbent ire ante iudicem: et ambo iurare ꝛbẽt. vnus scilicz actor: ꝙ causa sit vera pro qua super ipsum querelam fecit: et respondẽs: ꝙ sit innocens: sic ipsos ꝛus adiuuet et suum duellum Sol etiam ipis diuidi ꝛbet per medium quãdo ꝑmo cõuenunt. Si vincetur ille sup quem cõqueritur: tunc iudicetur sentẽtia capitali. Si autẽ vicerit. dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit: alter si diu tardauerit Judex debet ipsum per preconem vocare. in illa domo vbi se preparauerit: et duos Scabinos seu Juratos cuz ipso mittere ꝛbet: sic citari ꝛbet: primo scõo et tertio: et si ad tertiam citationem non venerit: tunc querulator surgat: ⁊ se ad duellum exibeat. et statim percutiet duos ictus: et tertium figat cõtra ventum: cum eo ipse suum aduersarium ꝛuicit tali causa: siue querela: pro qua ipsum fuerat allocutus Et iudex sibi iudicare ꝛbz. sic̃ per duellum aduersarius suus fuisset ꝙuictus ¶ Sic mortuus ꝺz cõuinci: si in furto: aut in rapina: aut in simili crimine occisus fuerit Si autem mortuus cum septem testibus ꝓtestari poterit. Extunc ad duellum se non potest exhibere cõtra ipsum Si autem ipm alter agnat⁹ mortui: q̃scunꝙ fuerit loco ipsius: ad duellũ se exhibuerit. hic extinguet omne testimonium: q̃a tunc ipsum absꝙ duello vincere non potest vt superius est expressum. Sic vincitur etiã et ille: q̃ ad duellum captiuatus: aut salutatus fuerit aut promittit: aut fi ꝛiussorie cautionem fecit: ꝙ ꝛbuit comparere: et non comparuit ad iustitiam responsiuam.

Articulus condemnatus. De q̃ s fo. clxxiij. arti. vſ.

De accusatione violatoris pacis cũ duello

¶ Vicunꝙ occisum: seu vulneratum virum captiuum ad iudicium deduxerit: et ipsum pacti violatorẽ accusauerit. per duellum: vel absꝙ duello: si nõ ꝓbauerit ꝑm iurꝫ exigẽtiã ipse desuper ipsum idem iudicium iudicari debeat. ꝙ super illum ꝓcedere debuerat ac si iudicio conuictus fuerit: et hꝰ ꝙ iustitiã pacis. ¶ Si vulneratus hunc alloquitur: q̃ ipsum vulnerauit per duellum: et si pre debilitate corporis duellum perficere non possit: et si tutorem non habuerit: qui pro eo pugnare velit: inducie sibi iudicari et ordinari debent: quousꝙ suum duellum perficere possit.

Juris Maydemburgensis

De iure priuatis periuris et infamibus

Ui vitam: aut manuz pecunia redemerit: quod demeruerit
q hic iure suo ꝑuetur seu infamis efficitur. Et si tempore vite vnius plura bona fuerint: ꝙz quod suo iuramento exactionaliter: als soluendo exactionem comprobasset, et si fatetur eadem bona esse sua: tunc periurus existit perdidit ꝙz ius suū ciuile ⁊ caret iure: propter quod infamis dicitur. Et q̄dcunqz periurus debeat ꝓtestari: hoc coram iudicio oportet fieri. Jta qꝫ sibi causa nominatur propter quam sit periurus. Et si fateatur: vel bona sub ipso valeāt promptari: als cognosci vel inueniri pro quibus patenter iurauit: extunc periurus est et ꝓiectus carensqz iure: et pdēs suū Jus ciuile

De fideiussione sceleratorum

Ui etiam fideiusserit vnum virum: ꝓ scelere ad statuēdum
q ipsum coram iudicio: et ipsum statuere non poterit, recompensam ipsum soluere oportet. et sibi in suo iure non oberit illi: qui fuerat fideiussor. et nemo ꝓscribi debet, nisi culpa ad collū siue ad manum sibi procedit

De suppellectili: que ad mulieres pertineāt

Jmulier suppellectilia ad que spectant oues: vascula et ca-
ſ pisteria: et omnia cibaria domestica: de quibus vir indiget ad vn⁹ anni reuolutionē que ī sua possessione inueniuntur: quorum cibariorum medietas ad mulierem pertinet. ¶ Cum viro vxor sua moritur, proxima sua cognata recipit suppellectilia: que debet pro viro suum stratum decorare. vt stetit cum vxor sua vixit cum lecto: cussinis lintiaminibus: culcitra ⁊ tectura Sedem etiam suam cum puluinari: quod singulis diebus desup iacuit. suā mēsaz cū mēsali et manutergio. Hec eadē cognata nlla ꝛcipit pulmētaria

De armis bellicis ad quem deuoluuntur per successionē. Jtē de tutore puerorum

Ulier ꝓ armis bellicis dare debet gladium mariti: ⁊ suum
m equū vl dextrarium meliorē sellatuz. et meliora arma: q̄ habuerit pro corpore vnius viri cum decessit in sua potestate: deinde dare debet puluinar bellicale: hoc est, lectum et duos cussinos: et duo lintiamina: et vnum mensale: et duas pelues: ⁊ vnum manutergium. Hec sunt vniuersalia arma bellica. Sed tamen aliq

hoīnes diuersa apponunt: que ad ea non pertinent. Sed quicq̄d ex his nominatis mulier non habuerit, ad hoc: q̄ vel: compelli nō potest: si iuramento probauerit pro qualibet re per se

¶ Vbi vo ostendere patenter poterit: ibi nec vir nec mulier p iura mētum euadere pñt. vbi duo: aut tres ad vna bellica arma nati fuerint, senior pro se recipit gladium, et cetera diuident inter se equalr. Ita: q̄ senior diuidet: et iunior eliget. vbi etiam duo: vel plures vnam simul habuerint hereditatem: ibi vn⁹ alium ad diuisionem iure valeat coartare. ¶ Vbi vero pupilli annos pubertatis: nondum attigerunt: eorum senior agnatus recipit arma bellica solus: et in eis est tutor puerorum: quousq̄ ad annos discretionis peruenerint, extunc ipsis reddere tenetur, ⁊ insuper ipsorum omnia bona nisi eis rationem fecerit quo ea ad eorum vsus seu profectum conuerterit, aut per spolium: aut per apparens infortunium et absq̄ sua voluntate amm̄serit. Ipse etiam est vidue tutor: quousq̄ maritum duxerit qui sibi paris cōditionis fuerit. post arma bellica mulier vite prouisionem recipere potest. Et alia omnia: q̄ ad suppellectilia ptinēt, sic̄ sunt oēs oues: āseres: auce: anete et ciste cum eleuatis tectur: omnia strata puluinaria: cussini: linthiamina: mēsalia pelues: manutergia: lucibula: cādelabra: semē lini: et linum: ⁊ omnia muliebria vestimenta: anuli: brachialia: et crinalia: psalteria: et omnes libri in quibus mulieres legere cōsueuerunt: que ad dei cultum pertinent: sedilia ac scrinia: capecia: et vela dor: salia vel tectoria balneamina: ⁊ omnia pepla, ⁊ alia omnia ornamēta capitt muliebria. Hec em̄ sunt que ad suppellectilia femine pertinent. Insuper adhuc diuersa sunt clenodia: que ad suppellectilia pertinent, singulariter non nominata: sicut sunt seticula. pectines forpices, specula. Sed tela non incisa: argentum ⁊ aurum non textum nō pertinet ad mulieres. Sed quicquid extra prenominata in rebus inuētum fuerit: pertinet ad heredes. Si aliquid ex ijs obligatum fuerit circa vitam viri: qui mortuus est, redimet si vult: ad quem de iure pertinent ¶ Sacerdos diuidit cum fratre: si non fuerit monachus

De his: qui religioni quā antehac susceperant abrenūciātes. possunt obtinere ius suum: et qui non

I puer infra annos pubertatis religionem intrauerit: bene
ſ potest añ annos si vult exire ac obseruare ius feodale et terrestre. ¶ Si autē vir: qui dum ānos pubertatis impleuit

Juris Maydemburgensis

intrauerit religionem. hic se a iure terrestri: ac feodali alienauit: & sua feodalia vacant: qz scutum bellicum resignauit Quod ꝫ possit protestari per hos cum quibus simulem vitam visus ẽ suscepisse.

De sententia et interlocutione

Ex qua sententia vir prius queritur, hec prius debz diffiniri.
d Actor et reus possunt colloquia habere pro qualibet causa tribus vicibus: quousqz preco ipsos reuocabit

De honestate iudicij Ite ꝺ plocutore & ꝑncipali

In omni loco iuris est vt iudex iudicet cum sententia Scabi
i norum Aperte vir nõ loquatur coram iudicio, postqz prolo cutorem habuerit: nisi si iudex eum requisierit si in verbo cõ sentiat sui prolocutoris: seu procuratoris, tunc bene dicere potest sic vel non sic: aut de super petere colloquium

De pueris mortui fideiussoris

If vir pro pecunia: aut pro debito fideiussor fuerit, et idẽ vir
f moritur, sui pueri non tenentur pro eo soluere. Si autẽ vir fideiussor fuerit pro pecunia, fideiussorem pecuniam solum soluere oportet, aut probare: qꝺ pecunia sit integraliter persoluta.

De vulneribus flaueis & fuscis baculo et fustibus illatis

If vir fustibus aut baculis ꝓcussus fuerit supra dorsum suũ
f aut supra ventrem et verbera fuerint: flauea: aut fusca et inflata. et si de super iudicem pro teste habuerit et homines iudicio dignos qui hoc viderunt: et audierunt. ipse est duellũ ꝓior super eum acquirere: qꝺ ille ipsum euadere possit suo iure

¶ Si autẽ: super caput: aut brachia ꝓcussus fuerit: qꝺ aliter oñdi non possit. illi homines melius euadere possunt: qꝺ ipse super eos ꝓtestari seu probare possit suo iure Si autem fatẽtur. quuis ãmittit emendam: et iudex acquirit suam penam. Si vero vbera mortalia fuerint. respondere tenentur cum duello: qui pro eodẽ iudicialiter fuerint impulsati Si autem mortalia non fuerint. respondebit vn⁹ cum duello: et alij respondebunt absqz duello: quia ipsi euadunt suo iuramento

De hereditate lege caduca ad regiã Maiestatem deuoluenda

If hereditas: absqz successoribus relinq̃tur. ita qꝺ nullus se trahat ad eãdẽ infra ãnum & diẽ. hꝺ ꝓtinet ad Regiã. M.

De viro occiso. pro quo pueris superstitibus actio prohibetur

s Si vir occisus fuerit: q̄ pueros tres vl' plures habuerit: ⁊ vir vnus pro eo iudicialiter impulsat⁹ fuerit. et euaserit vt ius dictauerit: sibiq; super eandem querimoniā vera satisdatio facta fuerit: non debet imposterum ab ijs pueris pro eodem homicidio infestari

De iuramentis absq; pena. et de impedimento iurantis

s Si vir alteri iurare debet coram iudicio digne et sine pena. potest bene supraponere et deponere absq; licentia iudicis. per hoc nihil ammittit. ¶ Si etiā iuramenta promissa venerint super diem ligatum ⁊ feriatum. hec iudex protrahere potest super alium diem iudicialem: qui venerit extra dies ligatos. ¶ Etiāsi vir balbutiēs vl' alter: seu testis aliquis fuerit impedit⁹. Ita q̄ imperfecte suum dixerit iuramētum. Ille seipsum emēdare valeat: quotiens impeditur. ⁊ manebit de huiusmodi melioratione sine damno

De repetitione penarum per iudicem

q Quando iudex extorquet suam penam vlterius: nec aliquam aliam. super hāc penam potest extorquere: et si vir bona iudicialiter alloquitur vt iuris est: aut hereditatem. ꝓ eo non indiget iudici quicq̄ dare: cum ipse iustitiā tenetur iuuare. etsi hō suam querelam. tenere promiserit. Hoc autem interim per bonum pacis medio tempore concordatum fuerit: pro eo non plus āmittit q̄ iudex acquirat suam penam.

De inuita querela ad quā nemo potest coartari

s Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit et cōqueri noluerit Iudex ipsum. nec ad aliquam querimoniam. compellere p̄t vltra suam voluntatem.

De bonis proscripti. aut ad mortem sentētiati.

s Si vir proscriptus aut ad sententiam mortis: iudicatus: seu condemnatus fuerit: nullus sua bona habet recipere: q̄ sui heredes veri

De bonis mortui ad successores deuoluendis.

Juris Maÿdemburgensis

S I vir moritur qui habet pueros. et bona habuerit. nulli donata: pueri sui sibi succedunt. si equales. sibi fuerint. in natura. Si autem ex hic pueris vnus decesserit. mater sibi: in pte sua succedit: et mater cum his bonis. nihil facere potest. absq; suorum heredum. consensu aut voluntate. Si vero omnes pueri. patre mortuo moriuntur. Extunc bona sua heredant. super suam matrem. et postea. si mater decesserit ab hac luce. tunc eadem om̄ia bona heredant super mulieris proximiores heredes: siue sint masculi. siue femine. ex paterna et materna consanguineitate. Etiā mulier non potest talem hereditatē vendere nec donare Sz cum rebus mobilibus potest facere quicquid vult. Sed cum hereditate q̄cq̄ facere non potest absq; consensu heredum

De puero duodecim annorum ꝙ possit sibi tutorem eligere et pro se in iudicio respondere.

q Uando puer est duodecim annorum: tunc potest eligere. ꝑ sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus fuerit tutor. hic matri. rationem facere habet et adolescenti. q̄d cū bonis. factum fuerit. Cum etiā puer fuerit duodecī ānoꝝ is mundiburdius. al's sui potēs ē fact⁹. et p̄t ī eo. iudicium ꝑpetrari. et etiā bona sua a se siue tutore alienare. Sed innatam hereditatem. et proprium debet dare cum consensu heredum. Etiā iste puer de iure ad responsionem valeat coartari seu compelli

De obiectione illibertatis et ꝓbatiōe libertatis

S I vir aliquem alloquitur ꝙ suus sit illiber. si potest suā libertatem protestari et probare: propior est euadere: q̄ ille ipsum vincere possit. Libertatem suā vir probare potest. cū tribus cognatis. ⁊ trib⁹ agnatis. sic metseptimus esse debet. siue sint viri siue femine. ¶ Etiam hoc scire quilibet legens debet. ꝙ quando scribitur agnatus significat proximos ex pare patris et ex parte gladij. Sed vbi scribitur cognatus ex parte matris et fusi cōsanguineos significat

De q̄s fo. xvj. c Nobilitatis

De seruo bona domini sui ꝑludentis seu alienantis.

S I seruus bona dñi perluserit taxillis. aut obligat aut vēdit dominus bene potest arrestare denuo iure: vt se ad ea bona

trahat. vt iuris sit. Si autem propria bona perluserit. aut q̃cunq̃ modo a se alienauerit sua voluntate: dominus super ea bene alloq̃ potest. qz seruo. soluere nõ tenetur. et sic dño pro bonis serui nõ ẽ licitum respondere. Si autẽ seruo. suus equus vel alia bona. furtiue aut spoliando. recepta fuerint absq̃ serui culpa. in dñi seruicio hoc oportet dñm soluere. seruo. et pro eo oportet. dñm respondere si super eum queruletur.

De bonis in deposito alicui commissis

q Uicunq̃ alteri bona sua dederit. ad seruandum aut in depo sito posuerit. si sibi subtracta fuerit aut spoliatus eis fuerit aut cõbusta vel si mortuum fuerit: si equus: vel pecora fuerint. nõ debet aliquod dãnum p eis sustinere. si presumit iurare. q̃ absq̃ sua culpa ammissum fuerit. sed quod viro concessum: aut obligatum fuerit. hoc indestructum reddere tenetur. aut scõm suum valorẽ soluere. Si autem moritur equus vel pecus. infra obligationem absq̃ illius culpa cui obligatum fuerat. si hoc probauerit: et si iuramentum super eo prestare presumpserit. q̃ sine sua culpa. decesserit. non soluit. sed suam recompensam ammittit. in qua sibi fuerat obligatum.

De debito in ludo taxillorum contracto

ſ Jaliq̃s conqueritur. sup aliquẽ p debito aut pecunia ludo aut taxillis acquisita et detasserata: pro eo sibi non habet respondere. ¶ Si aliq̃s etiam conqueritur super alium p cibarijs preparatis. hic propior est obtinere iuramento q̃ ille ipsum euadere possit suo iuramento

De cassatione inscriptionis iudicialiter facte.

q Ui se extraxerit a descriptione. etsi solutus. iudicatus fuerit Judex tamen in eo obtinet suam penam. Et si sibi iudex fateri voluerit. Ipse eum potest deponere per vnum q̃ eodem interfuit iudicio qz nec captiuus apparuit nec ꝓclamatus. Si autẽ iudex ipsum imposterum obiurare voluerit. ipsum in nullo vlteri⁹ obiurare potest. q̃ ad suã penam. si super eo testes habuerit. q̃ se extra descriptionem obiurauit

De salario deseruito p dominum seruo suo eodem die soluendo.

ſ Jseruus deseruitũ precium. sup suum dñm obiurgauerit. coram iudicio pro eo dñs vllam. iudici demeretur penam. t

dñs seruo. hoc tenetur eodem die soluere

De debitorum probatione.

Si vir conqueritur. sup alterum ꝓ suo debito. cum testibus
s corā iudicio. hoc bñ pōt obtinere. cum iuris fidedignis: qui
in suo iure reprobari nō pñt. Ita tñ si ille dixerit se innocētē
Si āt reus. h̄ debitum dixerit se ꝑsoluisse. Extunc impedit sibi suū
testimonium. hoc bñ ꝓbare pōt. cum viris fidedignis mettertius.
tacto sacramēto

De satisdatione facienda.

Si super. virum conquestum fuerit. et satisdationē pecierit.
s alter sibi eā denegare nō potest: quin eam sibi faciat: si ipm
ꝑ sentētiam ad h̄ ꝯpulerit. Si āt satisdationē. fecerit sibi ad
suum: ius nō nocet: nec iste plus lucratur. cum satisdatione. q̄ eam
petit. nisi ꝙ null⁹ alter amicoꝝ suoꝝ. ipm a mō ꝓ hac causa valeat
impedire. ¶ Satisdatione facta. nullus suā q̄relā meliorare pōt.

De q̄relis in factis manifestis et ꝓbatione eaꝝ

Omnis querela. quē ad iudicium pro capitali crimine ī facto
o manifesto deducta fuerit: debet conqueri. cum clamore. ꝓ-
pter factum manifestum. quod ostēdi dz. ¶ Manifestum
factum: ibi ē: vbi vir cum furto. aut preda captiuus. ad iudiciuz de
ductus fuerit. cum clamore. ¶ Etiā factum manifestum ē. ibi: vbi
apud vnum. gladius. aut cultellus: aut sicca: aut alia defendicula ī
manu sua. deprehēsa fuerint. cum q̄b⁹. pacē violauit. aut si ī fuga
facti. captus fuerit. Et captiuus ad iudicium. duct⁹ fuerit cum cla-
more: hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis. Si
manifestum factum cum reo ad iudicium deductum fuerit.

De actione debitorum in iudicio Burgrabij.

In iudicio Burgrabij Maijdemburgeñ. pōt vir ꝓ debito
i bene querulari: actorem autem oportet ab vno iudicio bur
grabij ad ad aliud iudicium. suam sequi querelam. Ita ꝙ sp
suo aduersario denunciet. ¶ Si autem super viꝝ querimonia cum
testimonio facta fuerit. in eodem iudicio pro debito. et si dicit ꝙ ꝑ-
soluerit. h̄ poti⁹ ꝓbabit per hoīes fidedignos: q̄ꝫ ille ipsum vincē
possit. quod facere potest. incōtinenti si vult. aut ꝑ sex eddomadas.
in iudicio sculteti Si autem vir iuramētum vnica manu p̄stare dz.
Hoc in eodem iudicio facere oportet.

De iudicio iudicis et loco iudicandi ac solutione recompense et emende

i Udex debet iudicium exereere. et de eo temptare q̃ttidie. in v̄o loco iudiciali: excepto q̄ vir absq; testib⁹. noluerit q̄rulari h̄ vbilibet p̄t iudicare. sine mora. Judex etiā iudiciuz coordinare debet. q ñ iudicare debet. et nō actor. nec reus

¶ Recōpensa et emēda. et pena iudicis. solui dz. ad diem vt fuerit diffinita. cum talib⁹ denarijs. ꝓut tunc in eodē iudicio. sunt trāseuntes. et daturi. recōpensam et emendā actori. Judici vero penam

De publicatione ⁊ infiscatione bonorū occasione debiti

s Ꝑ vero aliq̄ bona fuerint publicata seu fiscata: siue predicta bona possidet ille: q̄ h̄ deduxerit infiscationē cum fiscatione tribus diebus. et trib⁹ noctib⁹. Insup ibidē dz. comedere. et bibere simul. et dormire. cum fiscatione Deinde dz corā iudicio ꝓnunciare dieb⁹ tribus. trib⁹ vicibus. sp ad duas ebdomadas. ⁊ ad quartum iudicium iudex sibi pacem desuper debet formare. et sibi apropriare per sententiā Scabinoꝝ. et tunc bñ p̄t vendere. eadem bona. cum scitu hominum ꝓborum. Si autem aliq̄d vltra suuz debitum superfuerit. hoc. illi. debet reddere. cuius fuit hereditas Sz si defecerit. extunc agat vlterius repetēdo. id quod deficit

De arrestatione quorum vis bonoꝝ ⁊ equorū.

s Ꝑ vir alloquitur aliqua bona. vt pannos. aut quic ꝫ suaꝝ rerum fuerit. Qd̄ sibi subtractum aut raptum fuerit. ad h̄ se vnica manu trahere debet. et iurare tacto sacramento. q̄ tunc suum fuit. et nunc suum sit. cum. sibi. subtractum seu raptum fuerat. ¶ Si āt equus fuerit. quē vir alloquitur q̄ sibi sb̄tractus aut eo spoliat⁹ sit. et ad hoc. se trahere debet. cuz dextro suo. pede. calcare debet equum supra suuz pedē anteriorē sinistrum ⁊ sinistra manu equum per dextram aurē capere. et petere debet reliquias ⁊ ꝓlocutorē. ⁊ iurabit. supra caput equi. tacto sacramēto. qd̄ tc̄ suus fuerit et nunc suus sit. cum sibi sb̄tractus. aut eo depredatus fuerit extunc ille se trahere debet. ad suum tutorem seu vēditorē ⁊ iurare debet. tacto sacramento. q̄ equum trahat. ad verum tutorem. ad quem. ille. ipsum iure sequi debet. non autem. vltra mare aq̄lonis. Si autem dixerit q̄ equum emerit. in foro libero. et venditorē h̄re non possit. Extunc equñ suum. āmittet. et argētum suum. quod ꝓ eo dedit et non perdet pro eo aliquam penam

De querimonia pro debito post mortuā manū

Iuris Maijdemburgensis

S I vir conqueritur sup̄ viꝝ ꝓ pecunia post mortuā manum et ipsum de hoc vt iuris est voluerit informare. h̄ facere p̄t vnica manu tacto sacramēto Et h̄. si. ille. sibi. noluerit ꝯsentire Si āt ille dixerit. sup̄ quē q̄rimonia fuerit ꝓlata. se de d̄bito eē ignorantē: aut ꝙ ille persoluerit. ex parte cuius fuerit inculpatus. hoc oportet iurare metseptimus. tacto sacramēto. Si āt dixerit ꝙ solus. illi. debitum hoc persoluisset. hoc iurare debet. mettertius. tacto sacramento. cum hominibus fidedignis

De antequerelis

S I vir cum scitu ꝯ alium. ad iustitiā se exhibuerit. et alter noluerit. et spreuerit. et vulneret alium nō querulando absq̄ iure et ille vulneratus veniet ad defensionē. ⁊ vulneret illū mutuo. et h̄ q̄ primo vulnerauerit. suum aduersarium prius ad iudicium veniet. et cōqueratur. Tandē alter in quo pax. sit violata. etiam postea veniet circa lucē diei et dicat. ꝙ initium illius fuerit ⁊ nō suum. Si hoc vt iuris est metseptim⁹ protestabitur. cum ꝓbis hominibus qui viderunt. et audierunt. vel qui presentes fuerunt ipse acquirit primam querelam

De filio quē pr̄ p̄t ꝓp̄o iuram̄to iudicio eximere

V Ir p̄t filium suum vnica manu eximere q̄ ē in pane suo non vxoratus. facto sacramēto. sic ꝙ filius suus. reus nō sit Si āt pater et filius ambo pro vno facto fuerint impulsati. Extunc patrem oportet. se primo de facto veridice expurgare.

De mulieris manifesto facto vtpote homicidio

S I femina fuerit deprehēsa in facto manifesto. ꝓ homicidio aut vulneribus duellaribus seu duello dignis. hāc vir propior ē vincere metseptimus cum hominibus fidedignis q̄ innocēs fieri possit. Extunc iudicium ip̄am pati oportet. Si āt vir q̄rulatur ꝓ homicidio aut vulnerib⁹ sup̄ feminā qd̄ eodē die factuꝫ sit aut visum. et si femina cautionē fideiussoriā fecerit supra ius de q̄ femina ꝓpior ē euadere metseptima cum hominibus fidedignis: q̄ aliq̄s eā vincere possit. Si autē mulier inculpatur de q̄rimonijs ꝑnoctatis. hoc ꝓpior ē euadere femina vnica: manu tacto sacram̄to q̄ eā aliq̄s vincere possit aut aliq̄d cōtrarij imposteꝝ pati

De successione duplitiū pueroꝝ alicuius viri

S I vir duplices pueros habuerit. et p̄mos ātea eradicauerit exponēdo et si postea aliq̄d dederit alijs pueri ī suis bonis. ⁊ moriatur idē vir: hoc secundi pueri añ tollunt Extunc q̄cq̄d

superfluum fuerit, hoc equaliter inter se diuidunt, cuz oēs equales sibi fuerint in natura.

De Scabini vituperatiōe z dilatione sententie

ſ Jvir Scabinum in scāno indecēter in iudicio bannito increpauerit. Si h̄ ꝓbauerit per suos cōsodales, q̄ audierūt, illum oportet emendā dare Scabino et iudici penā. ¶ Scabini si nō fuerint in vna sentētia vnanimes: vl' eā ignorañ. Extunc eandē ad scām et tertium iudicium valebunt differre, et tunc eam inferre dñt, vel eā mittere ferre illuc q̄ cōpetit: si nequeant inuenire et non diutius prolongare

De q̄s fo. cxxj. c. Jtē cū iudex

De proscriptione alicuius occasione non cōparationis in iudicio pro homicidio. Et de extensione fideiussionis

ſ Jsuper virum querimonia facta fuerit ꝓ homicidio, aut ꝓ vulneribus et ipē se accōmodauerit circa suā hereditatē ad cōparendum, et si nō cōparuerit: et profugus factus fuerit. Tunc debet vocari cum clamore vt iuris est. Et si nō cōpareat i iudicio eodem die, tunc debet ꝓscribi, et recōpensa i sua hereditate iudicatur, et iudici sua pena. Et etiā nullus altius cogi potest cautionem facere fideiussoriā: q̄z se sua extendit recōpensa, nisi sit pro debito quod maius sit

De contentione et inculpatione diurnali vel nocturnali ꝓ homicidio vl' vulneribus

ſ Jcasu cōtētio oritur clara die si, ꝓbus vir, ꝓ eo accusaretur q̄ ibi visus nō fuerat: de quo, ꝓior est euadere metseptim⁹ cum hominib⁹ fidedignis: q̄ p̄ntes fuerunt: q̄z i eo duellū acquirere possit. Si autē sup virum idoneum circa noctis tempestatem querimonia facta fuerit, ꝓ homicidio aut vulnerib⁹ duello dignis que tpe noctis facta sunt, de quo, ꝓior euadet metseptimus cum hominibus bonitate, ꝓbatis circa q̄s tunc fuit cum h̄ factum ꝓpetratum fuerit, ita q̄ sit de facto innocens

De petitione prolocutoris

De q̄s fo. xj.

q Uem vir, ꝓ advocato seu, ꝓlocutore rogauerit, hunc cām z verbum suuz loq̄ oportet iure: nisi se excusauerit cum pena

De bonis ad suppellectilem dominaz mortuo marito pertinentibus

Juris Haydemburgensis.

T si quando moritur vir: tunc vxori oues dari ⁊ pñtari de-
e bent ad suppellectilia vbicunq; erint. anete: colcidre: vela tecture curuum. olle picte etiam ad suppellectilē pertinent.

De probatione incolatus.

n Emo pōt nec ꝑ homicidio aut vulneribus seu pro aliquo de bito suo iuramento probare incolatum

De ciue q̄ exactionē nō scōm iuramentū soluit.

Onsules si iuramentum vnius viri recipient: q̄ iuste ꝑm ci
c uitatī statuta ⁊ cōsuetudinē exactionem dedisset: tandē vo post mortem illius iurantis plura bona sub ipius possessio ne fuerint inuenta: q̄z peractionata fuissent. Illa bona cōsules non habent recipe: sed ipsius defuncti heredes: nisi aliquis hereduz eadem denegata bona corā iudicio vel sedenti consilio recipe abrenun ciasset: et tunc ipa bona cōsulib⁹ ꝓ vtilitate ciuitatis ꝓmanēnt quē-admodum arbitratur et laudum ciuitatis disponit.

De iuramēto iudicialiter ad pstādum premisso

Si vir iuramentum promiserit corā iudicio ꝑ enormib⁹ ver
v bis: aut depilatiōe: vel verberibus vel sanguinis effusione de quo solutus dimitti nō pōt: nisi voluntas iudicis fuerit aut ꝓsensus Actoꝛ etiā si reum ꝑ iuramentis premissis causa dei vl̄ petitionis hominum proboꝝ mittere absolutum voluerit. Extunc iudici etiā competit ad hoc dare suā voluntatē Etsi suum ꝓsensum noluerit adhibere. Tunc actoꝛem iuramenta recipere oportebit vl̄ iudici demeretur in pena octo solidoꝝ ⁊ nō plꝰ ꝑ cauꝭ singul̄ spāl̄r

De pueris nondum annos discretionis habentibus. et tutoꝛe carentibus.

Uando pupilli suum veruz tutoꝛem hr̄e non poterint: tunc
q nullus ipos ad aliquā iudicialē responsiuā deducere potest nisi prius ad annos discretiōis seu pubertatis peruenerint.

De eo q̄ in alterius hereditate aliq̄d edificauerit

J vir sup alteꝝ cōqueritur. q̄ sibi aliquid edificauerit de su
s is bonis aut hereditate. hoc ille possibilius obtinet: qui habet in possessione vnica manu: nisi ipm cum testimonio allocutus fuerit. Extunc possessoꝛ cum testibus seruat si voluerit.

De non euocatione ciuium de iure ciuili ad quodcunq; ius alienū.

q Uousq; ⁊ q̃dīu ciues Maydenburgēses verā actionē aut respōsiuā tenuerint ⁊ se corā suo dño Epo ā Burgrabio: ā sculteto ad iusticiā exhibuerit circa ius ciuitatī Tunc nemo eos extra ciuitatem in alio iure conuenire et occupare seu contra eos agere potest in iudicio alieno.

De impedimento corā iudicio non fiendo.

n Ullus alterꝝ impedire dz corā iudicio postq̃ iudicium bannitum fuerit cum iniuria talib⁹ impedimētis q̄ ip̄m impedidire possint ī sua querela sicut clamore: aut turpiloquijs: ā ceteris insolētijs Si hoc ꝯtra iusticiā fecerit. ⁊ si patiēs ip̄m ꝓtestari poterit cum iudice ⁊ duobus scabinis: extunc suā acq̄rit emēdaz et iudex acquirit suā penā. Si contigerit in iudicio Castellani: tunc tria talenta demeretur. Et in iudicio sculteti octo solidos Nam vbi actor suam emendam acquirit: ibi iudex suā penam acquirit.

De pena sculteti nolentis alicui iusticiam ministrare nec querelas audire volentis.

n Unc attēdatis sup eo si Scultetus aliquē impedierit in sua querela ⁊ sibi iusticiā nō fecerit. ⁊ hoc sibi iniuste r̄cusat. Si ꝓ eo corā castellano: aut Aduocato impulsatus fuerit cum testibus Extunc ip̄m cum testibus euadere oportet. ¶ Cum qualicunq; testimonio sup iudicem querulatum fuerit tali ip̄m iudicē testimonio euadere oportebit: siue sint scabini: ā alij astātes iuditio. Si autē hoc corā iudicio bānito actum fuerit. tunc melius vinci potest testibus iure: q̃ ipse cum testibus euadere possit. Si autē vircedere voluerit testimonio ⁊ ip̄m inculpare ꝓ suo scitu. de hoc vnica manu euadere possit. ¶ Qñ querimonia corā aduocato sup aliquē facta fuerit. ꝓ hac cā respondere tenetur sine mora. Ita q̄ ibi sit iudicium bannitum: qꝛ ip̄um optet ibi esse p̄ntem: nisi legal. impedimentum ip̄m occupauerit. qd̄ impedimētum statim ꝓbare optet. Si hoc nō oñderit. ⁊ nō nominauerit. ⁊ hoc ꝑ iusticiā facere denegauerit. se excusare de sua iniuria quā exercuit. ⁊ se ad iusticiā exhibere. Extunc cōdēnatur Aduocato in decē talentis ijdē Scultetus ⁊ illi suum debitum de quo negauit facere iusticiā. Et medio. q̊ ille nō soluit sol⁹: ā se iure excusauerit iudicio ꝓximo: tunc ampli⁹ iudex esse nō pōt nisi se ex hac culpa exemerit s̄m h̊ vt est p̄missum. ¶ Si autē ꝓ facto criminali ꝓ quo iudicium facere recusauit sicut ꝓ homicidio aut vulnerib⁹: aut furto aut spolio: aut ecclesie violētia: aut incendio: ā ꝓ his similib⁹ q̄ crimina capitalia tangunt Idē

iudicium sup eundem ire debet qđ sup illum ire debuerat pro eo nec recompensa nec aliquid fieri potest si in his vincitur vt iuris est. ¶ Si autē vnus vir p debito in captiuitatē publicam pñtatus fuerit ad tenendum iure: si ipm ammiserit: aut si euaserit absq; sua culpa. aut negligentia p crimine qđ trāsit ad collum pro eo soluet integrā recompensam. ⁊ hoc ipm iuramento pbare optet tacto sacro si sibi pcere noluerit q ipm absq; omni sua culpa ammiserit. ¶ Integra autē recompensa facit decem ⁊ octo talenta: media recompensa facit nouem talenta.

De iniusto iudicio Aduocati ⁊ de pēa eius quo modoq; proinde iudicari debeat.

1 Hic attendatur de aduocato si nō iuste iudicauerit cum sibi querulatur: ⁊ hoc p̄pter amorē aut munera: aut ob aliquaz causam dimittit: vel si solus noxā fecerit iniustā quā de iure facere nō debuit postq; ad iudicem electus sit ius p̄fortare aut iniurias suffocare seu debilitare. Si querela sup ipm in suo iudicio fctā fuerit. tunc scultetus iudex esse debet sup aduocatum seu sup Burgrabium: et per hoc cogitur cum sententijs. q añ ipm optet respōdere. vt ī posterq; patebit: petatq; aduocatus seu Burgrabium surgere p sententiam: q sup ipm habeat querulari. ⁊ sententialr petat vt aliuz ponat iudicē loco sui. qđ ipm facere optet. ⁊ tunc locet sculletum: q̄ sibi dz iudicare similimō Scultetus iudicet Aduocatum seu Burgrabium. Iccirco aduocatus bānitum iudiciuz absq; scultero facere nō pōt: qr corā eo adius se dz exhibere: si sup ipm aliq̄s querulatur. Si hoc contra iusticiam anno ⁊ die r̄cusauerit. Extunc domino terre iudiciuz vacat: qđ ab eo habuit ⁊ Regi bannum si p secutus fuerit cum veris sententijs.

De iudicio ⁊ probatione stupri ⁊ violentiarum.

1 Si dias stupra: ⁊ domoz irruentiā burgrauius iudicat: et nullus alter nec etiā scultetus Si domoz irruentia p̄habitur pōt oñdi cum vulneribus ⁊ edificio vūlnerato. Si sup hoc iudicē ⁊ hōies q̄ clamorē audierī in testimonium hr̄e poterit. Extunc ille sibi propior cum duello debet respondere: q̄ suo possit euadere iuramento.

De captis in facinore manifesto: qua pena sunt puniendi.

3 Si quis alteri fecerit domoz irruentiā die ac nocte. ⁊ si ipe il

lum detinuerit in facto manifesto: et ipm captiuum cuz clamore ad iuditium perduxerit. si sup hoc clamatores hre poterit metseptimꝰ suoꝝ vicinoꝝ et si factuz oñdi potest: vt iuris sit Illi ad collum trā sit. Si autem factum manifestum ostēdi nō pōt. Extunc iste propi metseptimus: qꝫ per eum vinci possit.

De pena occasione cōcordie post querelā inite.

T si vir suam querelam tenere promiserit: tandem vo tempe pore medio cōcordia facta fuerit extunc pro eo non plus amor est euadere mittit nisi iudici dat suam penam.

De repetendo ⁊ pbādo debito pꝰ mortuā manū

Jvir querulatur sup altez: q̄ p suo patre teneatur. Jpe debs bet sup eo vt iuris ē informari. Si autez voluerit iurare: q̄ pr̄ suus hoc debitum psoluisset: hoc ipm facē oportet metseptimus post mortuā manum. Si autē dixerit: q̄ hoc debitum solꝰ psoluerit: hoc mettercius iurabit heres. Si vo debitum sui patris recognoscit hoc soluē debet inꝫtum recepta hereditas se extendit ⁊ si soluere noluerit vel heres hoc ꝓsentire recusat. tunc sibi hereditas sua: vel ꝑtium pōt iudicio possideri ꝑ isto debito ⁊ acquiri aliter ille non potest constringi ad vendendā hereditatē ⁊ ꝑtē suum

De cane et quouis alio animali dānū faciente

Jaliquis habuerit equum vel canem: aut aliud pecus qđcumꝫ sit quod loquela caret. Si quoꝫ hoc dampnum ⁊ noxam fecerit: ipse vo cuius est eiusmodi animal dicit suuz nō esse damno ꝑpetrato. istud sibi in suo iure non nocebit.

De spoliatore conciuium.

Jaliquis spoliauerit ciues suos: q̄ ꝑtium aut feodum aut hereditatē intra municipale habeat ⁊ si hoc faciat non pōhabita añ dñm terre: vel ante suum iudicez querela: illi sua edificia abiudicari debent sup suam curiaz ⁊ secari: ⁊ illa edificia eruut cōmunia. et omnibus hominibus publicantur. Si autē edificia iudicialiter fuerint abiudicata Jta q̄ ibi puella aut femina fuerit stup̄ta intra illud edificium: etiā dz resecari ⁊ abinde nullas deduci.

De iuramento Judeorum cōtra christianos

Dc est illud iudicium ⁊ illud iuramentum cum quo: aut p quod iudeus iurare siue euadere debet christianum qđ scriptum est in iure Imperatorum Jpse debet verti contra solē seorsum. ⁊ stare nudipes super vnā sedem: clamide indutus. et pile

De quo sup̄ folio. clxiij

um iudeicum habere debz super caput. z si lapsus ter fuerit. totidē vnum fertonem āmittit. Et si quarto cadet. extunc manet re⁹ in causa Tunc dicit ille qui sibi predicit iuramentum Ego te moneo. N. iudee per hastres litteras: z per hāc legez: quā domin⁹ dedit moysi in tabula lapidea in mōte Synai q̄ iste liber: aut hoc rodale vez sit et iustum super quem tu. N. tali nomine pro tali causa siue culpa pro qua te huc ad responsionē Jure deduxit: z tunc debet sic iurare. et sic sibi predicetur. q̄ tu in hac causa reus non sis qua te hic Cristianus inculpat. q̄ te deus adiuuet Idem deus qui fecit celuz et terram. aerem et rorem montes. valles. frondes. gramina et flores. Et si reus sis. q̄ te terra absorbeat que Dathan et Abyron absorbuit. et si reus sis. q̄ te venenum. gutta. paralisis et lepra inuadat que precibus Elisei Naaman Syrum dimisit et Jesy inuasit. Et si reus sis. q̄ te ignis comburet celestis. et caducus morbus te inuadat et sanguinis fluxus. et q̄ tibi accidat vt vxori Loth que transmutata fuit in statuam salis dum Sodoma periit z Gomorra Et si reus sis. q̄ tu peas in tua anima. et in tuo corpore et in tuis rebus. et si tu reus sis q̄ ad sinum Abrahe non peruenias. et etiam ad resurrectiom̄ nunquam peruenies. vbi Cristiani Judei et Gentiles ante creatorem ommium rerum resurgent Et si tu reus sis q̄ te lex deleat quam deus dedit moysi in monte Synai quam deus scripsit digito suo supra tabulam lapideam. Et etiam te confundat ommis scriptura que scripta est in quinq̄ libris Moysi. et si tuum iuramentum non iustum nec mundum fuerit q̄ te deleat adonai et sue deitatis potentia nunc ommes dicite Amen.

De origine iuris municipalis et Saxonie.

Nunc placeat audire et intelligere. quomodo presens scriptum informat ex relatiōe veridica. Primo de Imperio. quo modo terre. Saxonie Jus suum ab initio fuerit constitutum et confirmatum in suo Jure sicut ab antiquo tempore Babilonia tenebat Ibi stetit Imperium et regnabat potenter per ommia regna Quia Nemrot gentilis Rex primo Babiloniam edificauit in eaq̄ innumerabiles ac altas munitōes posuit. vñ hucusq̄ i pñs Jus municipale nominatur Et ibi erāt manētes idē Rex Nemroth ac duces multi et ceteri viri famosi Qui vero nunc mercatores nominātur et ommes vno vtebantur Jure quod municipale Jus appellatur vt bene in libro presenti patebit vnde nomen sortiebatur absq̄ qualibet transmutatione. ¶ Nunc dicetur q̄diu stetit imperium potentialiter absq̄ permutatione vsq̄ ad Gretiam a tempore

Darij secundi aut vltimi, quem Rex Alexander maximis et seditiosis deuicit bellis. Tunc transmutatum fuit imperium a Babilonia, et stetit in Constantinopoli vsq; ad illud tempus quo se Roma de imperio intromisit & potenter obtinuit vsq; ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput est totius christianitatis Cum imperium Romã versum nõ fuisset ibi stetit vt pz in premissis Tunc christiani absq; iure fuerunt. Iccirco quilibet p sua in terris faciebat voluntate aut quid facere poterat & perficere et hoc absq; querela permansit & per iudicium multum: quia nullum ius fuit: vbi quis iustitiam cõsequi posset: qõ vsq; ad illud tẽpus pseuerabat, quo se Roma de imperio intromisit, et ipsi subuenerunt: et iusticiam consecuti fuerunt: & ibi exhibuerunt manus vnde pacem manu obtinuim9 vsq; ad presens. Tunc Romani cõuenerunt: & decreuerunt deliberando, quomodo sibi regna subiugare possent, et omnes vnanimi consensu et pari concilio concordauerunt, q; edificarẽt castra in terris, vnde sibi terras possent subiugare Et cuz hoc fecissent, tunc arbitrati sunt quomodo castra confortarent, vt ipsis essent in iuuamẽ et illos acceperunt, qui nomen militare habuerunt: et eos supra castra locauerunt, cuz tali iure vt hucusq; castrẽse ius tenet in castrẽsi feodo. Tunc quoq; deliberauerunt qualia iura terris statuerent: & statuerunt tale ius, in terris quale adhuc terra Saxonie protestatur per Constantinum & Karolum imperatores.

De origine iuris castrensis.

De autoritate imperatoris et iuditio ei9 et ex q; bus causis debet puniri: et q; omnium seculariũ iudicum ab eo potestas eque ac sacerdotum ab apostolico dependeat.

Tunc audire et intelligere potestis de principibus & Baronibus & hijs omnibus, qui digne nomen militare sortiuntur.

Quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, q; scire vellẽt quo iure Imperium deberet permanere, & statuerunt Regi ius cuz consilio, q; ipse sedem regiam Rome regere deberet ex parte beati Petri cum gladio seculari, vnde adhuc Romanus aduocat9 appellatur: Iccirco vitam suam nõ potest demereri nec in suo honore debilitari, nisi tribus de causis que patebunt in sequentibus. Quaz prima est illa Si sedem Romanam destruere vellz Scõa est Si cõtra fidem Katholicam vellet facere, Tertia est Si sine causa legali vellet suam dimittere legittimam vxorem. Quorum trium de vna

si quod absit fuerit ꝙuictus.extunc debet iudicari nã decolari debeat cum aureo dolabro Ideo ꝙ secularẽ gladium habeat iudicãdi super hos omnes qui noxam ⁊ iniusticiam fecerunt.aut qui caput demerẽtur Et insup omnibus commisit qui iudicis nomine censentur ꝓtegere viduas pupillos ⁊ domos dei:⁊ omnes iniurias humiliare ⁊ iusticiam confortare. Insuper iudicium cõmisit omnibus iudicibus tpalibus siue secularibus cum eo iudicare sup omnes hos:q̃ in malefitijs dep̃hensi fuerint in facto manifesto ad iudicium capti. seu deducti fuerint ⁊ cõuicti vt ius dictauerit.ibi omnes iudices soli iudicare debent.vel preco loco ipsorum.Eodem modo vt iudices habent temporalem gladium a Rege.Eodem mõ Sacerdotes habent spiritualem gladium ab apostolico.

De eo quis Imperatorem iudicare debeat.

Nunc intendo vobis reuelare quis Regem aut cesarem iudi
n care debeat.Si ex his tribus p̃missis in vno fuerit conuict⁹ Hoc facere debet sacri imperij Rhenensis Palatinus:q̃ imperatori ac imperio ex arbitrio ⁊ laudo positus fuerit:tali modo vt Palatinus impatorem debet iudicare Eodem modo iudicet Burg uius Marchionẽ ꝓ suo excessu ⁊ Scultetus Burgrauium.

De iurisditione et iure per Cesarem ciuitatibus et mercatoribus dato.

Nunc mercatores dicebant ad imperatorem.ꝙ libenter scire
t vellent in quo iure permanere possent.Et iudicauit ipis Imperator cum ꝯsilio Romanoꝝ ad aqs nauipotẽtes ꝙ edificarent sibi ciuitates firmas cum muris ⁊ turribus. Tunc populus dicebat ad Impatorẽ.ꝙ libẽter scire vellent:quo iure stare debẽt extunc Impator dedit ipis tale ius:q̃le q̃ttidie in sua curia solebat hẽre:⁊ hoc ꝯfirmauit eis cuz ꝯsilio Romanoꝝ ⁊ cuz veridici signis ⁊ suã manum exhibuit.quã ap̃hẽdit q̃dã mercator.⁊ dextrã cyrothecã sibi de manu deposuit.Sup quo pax beati Petri ipis ꝯfirmata fuit.qđ hucusqz ꝓmanet in exem̃.vbi noue ciuitates edificantur ã fora ꝙ ibi crux põitur sup foꝝ Jn eo ꝓbatur ⁊ appet ꝙ cuz volũtate regi ẽ fctm̃.Sic exq̃ municipale ius ab antiq̃ vsqz huc ꝓmãsit. ⁊ ab imperio ꝯfirmatum nomen obtinuit vsqz ad diem p̃sentem

Hoc Jus Ciuile ẽ Jmpiale: Jus.

De fundatione Haydenburg et Hallisch.Et ꝙ ad ipsas ciuitates indubijs sententijs ex certis ꝓuintijs recurritur.

Nc attendatis de ciuitate Maydemburgensi Cum enim p
n mo Maydemburg locata ⁊ fundata fuit impator Ottōis
Magni consilio, ⁊ cum terre arbitrio ⁊ fuit stabilita in suo
iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali ꝺm consuetudinem anti
quoꝝ. Et Hallis ciuitas ex ea est fundata Idcirco vtraq; vno vti
tur iure. Eapropter oēs de Polonia: ⁊ de Bohemia: qui sub iure
theutonico sunt locati, ⁊ de marchia: de Misnēsi, puncia: ⁊ ꝺ mar
chia Lauzicien. Hȳ omnes ius suum Hallis recipere debent: ⁊ de
ciuitatibus que in hȳs districtibus locate sunt. Et si sententiam ig
norauerint: aut defectum in ea habuerint: hanc oportet querere in
Maydemburg. Idcirco quia maydemburg oēe municipale ius p
tegit: quod iure terrestri fieri non potest. Qui cum sententia repro
bata ꝺ Marchia ad Comitatum trahi potest, quia Marchia ꝺm su
um arbitrium: aut ꝑpriam gratiam iudicat, quod comes non facit
sed iudicat sub banno Regio: hoc idē fit in omnibus ciuitatibꝰ vbi
bannum est regium qꝺ vir demeretur tria talenta iudici feodato sb
banno regio. Si autem iudicatur sub banno regio, Tunc Sculte-
to demerentur octo solidi de iudicio cum sententijs Scabinorum.
Idem fit Burgrauio Scabini vndecim esse debent ⁊ Sculteꝰ du
odecimus, quia Burgrauio primam sententiam diffinire debet q̄a
Burgrauius nullum bannitum iudicium absq; Sculteto pōt hre
Nec Sculetus absq; hȳs vndecim Scabinis in vo loco iudiciali.

De Ortilegȳs Ciuitatis Hallis in Maydēburg querendis

Nc attendatis de Hallis vbi ius suum querere debent: si
n ipsum ignorant, aut si ipis sententia fuerit reprobata, banc
in Maydenburg querere debent, ⁊ Maydemburgenses ip
sis dare debent ante quattuor scamna: ⁊ Scabinis ipsorum ius da
ri debet. Quia imposterum ipos oportet esse testes si necesse fuerit
q; sentētia rite ac rationabiliter sit data absq; qualibet contradictō
ne. Et ibi nunciȳ presentes esse debent vbi sententia diffinitur ex v-
traq; parte vbi sententia fuit reprobata: qui audierunt ⁊ viderunt
q; vtriq; iusticia fiat. Et iudex ipsis in expensis debet procurare exe
undo et redeundo Si sententia sub banno regio fuerit reprobata:

tunc debet reportari infra decem et octo hebdomadas. Si autē sb comitibus: vel sub comitis banno reprobata fuerit: tunc reportari debet infra duas hebdomadas. quia Sculletus habet bānum a comite: et Sculleciam a domino terre. Idem vero habet Burgraui bannum a Rege et iuditium a domino.

De inquisitione oztilegij et sententie Ciuium Maydemburgensium.

Nunc attendendum est si in Maydemburg reprobaretur sentē
n tia: quo aut vbi eam quererē: aut inuenire deberent. Ipsi se debent trahere in Schartauiam vltra Elbe: et ibi recipiunt quattuor seniores viros: quos poterint inuenire ibi. Et hoc iccirco quia diutius stetit: q̄z Maydemburg. z Cesar otto a tempore diuturno ex eo constituit ducatum: et omnes vno et eodē iure sunt constricti. Tunc se trahunt cum eisdē quattuor seniozibus: quos de Schartauia afferebant. z redeunt Maydemburg ante pallatium ad curiam: que imperatozis Ruffi Ottonis fuerat: qui pallatium ipsis formauerat in fine summi templi: vt in premissis patet: z in sequentibus patebit. Quia continue pro vna sententia reprobata ad imperium se trahere non potuerunt.

De Pallatia per quem modum ab Imperatore Ottone in Schartania fuerit constituta.

Nunc attendatis de Pallatia: per quem modum ipse palla
n tiam fecerit. vocauit eosdem quattuor seniores de Schartauia: et quattuor Canonicos: qui habuerunt prelaturas in summo. Primus prepositus: Secundus decanus. Tertius Episcopi Vicarius Quartus Cancellarius. Insuper recepit quattuor Barones: et innatos ministeriales Ecclesie maioris feodalis et Maydemburgensis. Primus fuit Marschalcus. Secundus Ba-

piſer. Tercius pincerna. Quartus Camerarius. Inſup recepit vndecim Scabinos de ciuitate & Scultetum duodecimum. Item recepit tres duces laycos qui primi ſunt in electione imperiali. & q̄rtus quē accepit ſupremus fuit Aduocat⁹ eccleſie maioris in Maydemburg. hoc eſt Burgrauius. Tunc imperator accepit eoſdem viginti & octo viros prenotatos: & ſuper ſedes ipſos locauit pallatie. & dedit eis poteſtatem ex parte ſui quecunq; ſententia in maydemburg diffiniri non poſſ; aut reprobaretur. hec ibi deberet recipi. & quicquid ibi daretur hoc rite ac rationabiliter pro iure municipali teneri debet.

De precio dando in Judicio pallatie pro ſententia diffinitiua.

In cum ſententia ante pallatiā data fuērit: tunc debet dari ſi
e ſignum his viginti octo viris. cuilibet vnum ſolidum aureum: & quilibet ſolidus debet valere duodecim ſolidos. tal' pecunie: aut talium denariorū. cum quibus ibidē tal' cōſuetudo fuerit foriſare. Tunc hīs quattuor: dātur. iiij. marce auree. & q̄lis merca aurea duodecim marcas argenteas debet valere. hoc datur hīs viginti octo viris. hoc illi dare tenentur quibus ſententia ad ꝓfectu; vel vtilitatē fuerit inuenta vel diffinita. Sed iſte: q̄ in ſententia diffinitiua defecerit ſoluere debet expenſas. Si autem ille in ſententia defecerit: qui eam reprobauerat Extunc ſoluere tenetur. pluſq; ille cui ſententia data fuerit ad profectum.

De eo quem plus dare oportet ꝓ reprobatione ſententie.

Unc attendatur quem pl⁹ dare oꝑtet. Ipe dare tenetur illi
n Scabino emendā ſuā. cui⁹ ſentētiā reprobauit quā inuenit ſi iuſte fuerit diffinita. & iudici ſuā penā. Si autē añ ꝓ ſeu ſuꝫ alioꝝ ſcabinoꝝ fuerit reprobata ſñia: tē cuilibꝫ ſcabino datur emēda. & iudici totiens ſua pena. Si autez ipa in hallis fuerit reprobata. & in Maydenburg inuenitur. et pariter ibidē reprobabitur: extē ambe dabuntur emēde & pene in Maydenburg ex Hallis Hoc fec̄ Ruffus Rex Otto taliter ꝓ eo: q̄ municipale ius ſiſteret: ſic̄ ab antiquo tpe hucuſq; ſtetit. & ibidē fecit ducatum tranſalbiam.

De pallatia quomodo conuenire debet

Unc dicē vob̄ volo de pallatia quō q̄n illa debeat cōuenire.
u & diffinire volo pro rebus iſtis vt in p̄cedētibus ē p̄dictum

De citatione pallatie quomodo fieri debeat.

s Cultetus de Maydemburg debz recipere litteraz ciuitatis cum Sigillo ipsius pendente. hanc litteraz debet mittere supremo Aduocato maioris ecclesie. Hoc est Burgrauio in Maydenburg ad quem suam ꝓpriam litterā sigillatam debet recipere. Ea ꝓpter qd̄ ip̄e ē aduocat⁹. ⁊ adhuc dz recipe litteraz Episcopi cum suo sigillo. et etiam adhuc debet recipere litteram Regis: ⁊ suum sigillum appendens si ipsuz habere possit in theutonico. has quinqz litteras debet recipere Burgrauius de Maydenburg. et eas primo mittere debet duci Saxonie cuz ijs qui se cum sententia traxerunt: et cum scitu hoꝝ. xxviij. viroruz: q̄ prius sunt nominati post hoc mittere debet Margrauio de Brandenburg. Tercio ipse mittere debet Palatino Renensi. hij tres primi duces layci sunt in electione Imperiali cum nouus Rex eligitur theutonica de terra.

De hijs qui citati non comparent coraz pallatia quid demerentur.

b Ic intelligere ⁊ audire potestis quomodo hij omnes domini debent cittari qui in premissis sunt nominati. Ipsi ad pallatiam ire debent ⁊ Scultetus Burgrauium cittare debet. primo. scd̄o. tercio. semꝑ ad sex hebdomadas. Et si in tercia nō comparuerit cittatiōe. extunc tres laici duces mittunt. Tunc regi de q̄libet citattiōe. tres marcas aureas demeretur. Quaꝝ quelibz marca aurea. xij. Marcas argenteas debet valere. Et si post has vltra sex septimanas non comparuerit se coram Rege excusare vbi ipse fuerit. Extunc omnia sententialiter eccl'e maiori vacabunt: q̄ ab eo hēbat: ⁊ r̄gi bānum vacabat: ⁊ p⁹ h̄ ꝓscribunt euz ī r̄gi illegalitatē

De tribus ducibus Imperij Romani electoribus quomō cittari debeāt ad pallaciā

e Odem modo sicut Sculret⁹ cittat Burgrauium. Sic burgrauius cittare debet hos tres principes sub banno Regio Et si in tercia cittatione non comparuerint: vt est predictum. extunc quiuis eoꝝ de qualibet cittatione decē ⁊ octo mercas aureas Regi demeretur. quaꝝ quelibet merca aurea. xij. mercas argenteas debet valere. Et si nō eadē vice comparuerint iusticiam iuuare ⁊ ius recipere. Attamen illi sua sententia diffinire debet. et ip̄e suuz ius dare debet ante pallatiam.

Finis primi Libri.

Prologus in scdz librū Iuris Maydēburgensis seu saxonici prouincial'.

Secus viā edifico ꝑ hoc a multis argumē-
tum ꝯfeci vias vtiles ꝑ quas diuersi trāsirēt. Nā oēs ad
prudētiā ꝑducē nō valeo. Sz iuris arti ꝓfessiōiqz boni et
eq̄ cunctos litteratorie sciētie amatores ꝯuenit insudare: expedit et
vigilare opamqz dare: vt om̄s iurispiti ꝓbi et ingenio vigētes sui
memoriā in euum relinquant. delectabilē amicoꝝ copiā acquirant.
Rē suā publicā priuatāqz suauius disponāt. hec em̄ est illa sciētia.
que lites sedat. amicitias ꝯsolidat. diuitias ꝯgregat eternales Ma
res feminis mr̄monialiter copulat. ⁊ inimicos cōfederat. sibi inhe-
rentes discretos efficit ⁊ sapientes. Ampli⁹ huius licita peritie ne
gotia contrahuntur: illicita euitantur: crimina vindicantur. paren
tes diliguntur. magistratus honorificantur. boni mores informā-
tur. mali eradicantur. contumaces obediunt. ⁊ elati desinunt super
bire. ⁊ hoc post huius scientie constituta causarum merita assertio
ne panduntur virtutum bn̄merentibus dona tribuuntur: militib⁹
stipēdia dātur: illicita ab illicitis secernuntur: discoli disciplinātur
⁊ mali boni. meliores optimi. ⁊ docti doctiores redduntur. Nam in
hac iuris scientia excellēter vtilia tractantur: ymmo in fulgidis co
loribus: velut purpureis floribus nobis traduntur. ⁊ ad sui lectō
nem nos quasi viuaꝝ vocum sonis inuitātes trahunt. ⁊ attentio-
res efficiunt. Quo circa hij omnes qui desiderant vera ac iusta affe
ctiōe delectabil'r Cōstātini ac Karoli impatoꝝ iusticiā sectari. ac ml'
oꝝ doctoꝝ egregioꝝ doctrinas imitari Hij caueāt euidēter. ne huic
opi aliq̄d om̄ino detrahāt. ā aliq̄d augmētādo apponāt: ⁊ nemo in
iuditijs ā caus̄ distinguēdis sb̄ Maydēburgēsi Iure suo vtatur sē
su. sz isti⁹ opis regatur auctoritate. Cum hec doctrina iuris et ei⁹ p̄
cepta nō ab hōinib⁹. sz adeo statuta sunt. ⁊ doctoꝝ ac latoꝝ leguz
Inter d̄m diligētes ⁊ iusticie amatoēs extāt ꝓmulgata. q̄ affirmāt
iuri eē p̄cepta honeste viuē. alteꝝ nō ledere. ⁊ suum cuiqz tribuere
Cum em̄ op⁹ pn̄s sit cōpēdiose ꝯpilatum. Et si in iudicijs aliq̄s casu
vel aliq̄ cā emerserit. de q̄. aut de quolibz pn̄s nō tractauerit. cuz iu
ris sciētia in totuz hoc in libro cōp̄hēdi nō pōt. qd̄ viso negtio cause
dam etiã dñam suã despõsatã exhibẽ alioq̃n reus ille duello iure ce
dere ⁊ euadere p̃t. ¶ Qui se de alio monomachaliter intromittit:
ip̃m ꝓuocando ad duellum. ⁊ tandẽ reus seip̃m iure eripit: oportet
actorẽ dimittere reum cum emenda ⁊ satisfactione condigna

Arti. execratus ꝑ sedẽ Aplicã. De q̃ supra fo. clxxiiij. articlo. xiiij

De illibertate donandi

a Bsq; heredum consensu et absq; iudicio legali nemo suum

ꝓpriuꝫ nec ſuos boies dare ꝑt. attñ Barones ſeu dñi cābiunt eoꝝ miniſteriales abſq; iudicio. ſi tñ recōpēſatio oñdi poſſit ⁊ ꝓteſtari ¶ Si q̄s ät b̄ mō ꝯ ius dederit ſine beredum cōſenſu ad b̄ heres ſe intromittat ꝑ ſentētiā tanq̄ ſi ille mortu⁹ eſſet q̄ ꝯ ius dederat: qđ de iure conferre nequiuit.

De donatione bonoꝝ mobilium abſq; conſenſu beredum quō fieri poſſit.

Articulus cōdēnatus ⁊ caſſatus. De q̄ ī fo. cl.xiiij. articulo

Omnes res yppotecas ſiue mobiles vir q̄ ē dñs earundem
o reꝝ abſq; beredum cōſenſu dare pōt dum gladio cinctus ⁊ clipeo tect⁹ equum ſeu dextrarium de lapide vl̄ trunco ad altitudinē cubiti vn⁹ ſine iuuamine alter⁹ aſcēdere ꝑt: q̄ tamē ſibi equ⁹ ⁊ ſtrepa teneatur firmiter: ⁊ q̄ñ facere nō ꝑt: tunc dare nō ꝑt nec reſignare nec in feodum conferre ſic vt ab illo alienetur: q̄ poſt mortē illi⁹ talia expectat in eadēq; bona ſuccedere ꝑt: vir etiā in decrepitu cōſtitut⁹ pōt de iure reſtituere

De reſtitutione rei male poſſeſſe.

Uicūq; alicui ꝯ iuſtitiā abſtulit ⁊ ꝑt in verā poſſeſſionē mit-
q tere. ¶ Sup b̄ aliud donum repetere nō ꝑt. nec ille poterit nominare rē reſtitutā et ab ipſo donatā. b̄ ſoluin tale ius in eadē retinet: q̄le in ea habuit pri⁹ añq; ſibi fuiſſet ablata

De donatione alicui⁹ rei tpe infirmitatis facta

Uicunq; aduerſa valitudine laborās māſos ſuos vel aliq̄d
q aliud dederit vl̄ impigneraverit tali tpe q̄ b̄ facere nō licz cōiugem ⁊ familiā ꝑ eo nemo inculpare debz: q̄ donationi eiuſmodi eis nō licuit ꝯdicere. ſiue iuſta fuerit: ſiue iniuſta ¶ Si alicui datur aliq̄d ꝯ iuſtitiā. b̄ extorqueatur iure per ſentētiam ab illo cui datum fuerit. ¶ Femina ät nō rñdet ꝑ aliq̄bus bonis viri excepto pro eo quod apud eam poſt mortē ſuam repertum fuerit

De cauſis pro quibus pena iudici adiudicatur.

Uicunq; non accurrit dum clamor inſonuerit: vl̄ q̄ ſuā que
q rimoniā ꝓſecut⁹ nō fuerit b̄m exigentiā iur⁹: aut vnum vix ad duellum ꝓuocat: q̄ ipm̄ iure euadit: aut iudicio pronunciato nō ꝓparuit: nec horā debitā ſe oñdit: vl̄ iudicium omnino neglexerit: aut ī iudicio aliq̄d ꝯ ius dixerit: vl̄ ꝯ iuſtitiā fecerit: ⁊ etiā debitum ꝑ ſentētiā acq̄ſitum ī iudicionō ſoluerit: ꝑ q̄libet p̄dictaꝝ cauſaꝝ reus iudici ꝯdēnatur ī pena et ꝑ omni culpa ꝑ quā vir lucretur emendā. Judex acq̄rit ſuā penā. Sepe etī iudici aſſignātur pene ꝓtumaciꝫs ⁊ erroꝝ⁹ vbi reo ⁊ actori nll̄a ſatiſfactio ꝓmulgatur

Juris ciuilis Maijdemburgensis

¶ Si aliq̃s sup hereditatē aut bona cum q̃rela loq̃tur ea sibi vendicans ⁊ iure euincē nitens. Et si iure silētiuz desup sibi imponetur dum sic q̄ re⁹ ab ei⁹ impetu fuerit absolut⁹ tal' actor absq̄ pena ⁊ emenda dz pmanere q̄ ipsa bona sibi indebite non attraxit.

De modo pignerādi negligētes soluere penas aut satisfactionem

q Uicunq̄ penā vl' emendā seu satisfactionē statuti dieb⁹ al's in termino soluere neglexerit. preco cōis iudici ipsum statim impignerare dz ⁊ ipa vadia statim obligare vl' vēdere.

¶ Pro pecunia āt ⁊ debito non licz ipi preconi quēq̄ impignerare nisi vera sententia fuerit acq̃situm.

De pena vni⁹ delicti.

n Ullus p cā ⁊ p solo delicto duplici pena punietur: nec duas penas soluē tenetur nisi infringat pacē ⁊ sentētiā excōmunicationis incurrat in vno facto ⁊ delicto. h̄ damnatur pena spirituali: ⁊ etiā pena secl'ari: ⁊ illi quē lesit ꝯdēnatur ī emēda ⁊ satisfactione cōpetenti

De pigneratiōe hoīs cēsualis.

h Omo cēsualis h̄ ē vsufructuari⁹ ex pte dñi ꝓprietati vltra cēsum ānualē impignerari nō dz.

De pena ei⁹ qui tpe debito cēsum soluere neglexerit: ⁊ quomodo exigēdus est census.

q Ui censum suum tpe debito seu statuto soluere neglexerit dupl'r seq̄nti die mane soluere tenetur: ⁊ sic omni die q̄dīu cēsum retinet dum mō dñs cēsum suum iustis sentētijs q̄ttidie proseq̄tur et ipm poscat in sua domo: q̄ censualis seu rusticus extra suam domum censum soluere non tenetur

De exactione census quē dicit rusticus psoluisse

c Ensum dñs: aut su⁹ nunci⁹ seu ꝓcurator: q̄ agros ⁊ territorium dispōit vicinior ē sacram̄to obtinē q̄ inq̄lin⁹ ⁊ rustic⁹ possit denegare ⁊ decimā sil'r in eodē territorio.

De probatione solutionis census

s I āt dt q̄ censum psoluit. h̄ oportz ipm p mettertium tacto sacram̄to ꝓtestari ⁊ ꝓbare q̄ audiuer̄t vl' vider̄t q̄ ipe cēsuz integral'r psoluerit. Si dñs aut nunci⁹ ei⁹ solutionē ñ recognoscit. Dñs bñ p̄t sup sua bona impignerare ꝓ suo cēsu absq̄ iudicis licētia.

De non faciēdis foueis. ac lignis nō excidendis per censualem

n Ulli cēsuali licz fodē foueas lapidum aut foueas argille vl' fossata absqz licētia sui dñi cui⁹ extat cēsualis: nec incidere ligna: nec extirpare radices ī bonis cēsualib⁹: nisi sint ei⁹ hereditaria censualia.

De electione iudicis secularis.

o Mne iudicium secl'are initium traxit ex arbitrio ⁊ electiōe. ic circo nll'us viroꝝ iudex eē p̄t nisi fuerit elect⁹ ad iudicium vel infeodat⁹

De iudice villano ex arbitrio ad iudicādum subito ⁊ eodē die factum manifestū electo

s I factum manifestum ꝯtigerit sic̄ furtum aut spoliū cum q̊ vir fuerit dep̄hensus sup eo bñ eligi p̄t comes rustical' ꝓ iudicio admin⁹ de trib⁹ villis: vadunt hij cū electo comite ad iudicium si feodatum iudicē hr̄e nō poterint. h̄ iudicium iure ꝑtinet ad villicale iudicium ad q̊s nec aliquod feoduz neqz seq̄la feodi pertinet etem̄ terrestriuz ⁊ ꝯpatriotaꝝ hoīm lib̄a ē electio. ꝙ comites rusticales ꝓ q̊libz maleficio ⁊ casib⁹ subito d̄cidēdis: vl' ad statutū tp̄s rusticaliū iudicioꝝ iudicē ex arbitrio eligāt. ¶ Si āt dñs tl'e iudiciū cōferat ī feodū. oportz ius feodale et iudici ⁊ suis vasall' ac heredibus seu puerī obseruare. nisi h̄ infringat iusta dictoꝝ electio. ¶ Fur predo aut raptor capti si eodē die aut nocte ꝯuicti ñ fuerint extunc rustical' comes nullā sup eos hz iurisditionē. Sz dz deferri ad iudicē infeodatum et eos dz feodat⁹ Judex iudicare. h̄ dictum ē de his comitib⁹ rusticalib⁹ ⁊ iudicib⁹ electis q̊ eliguntur ad iudicādum excidium facti manifesti eodē die. ¶ Si v̄o ad lōga tp̄a eligātur tunc dñs ꝓuincie ip̄m tenebitur infeodare corā illo corā q̊ fit ꝓscriptio et exilium. Ipse etiā poterit biduanos vel triduanos pacis violatores punire

De cessatione iudicij inferioris Judicis in prouincia superiorum

q Uando Comes seu dñs ꝓuincial' ad iudicium electi seu rusticalis Comitis ꝑuenerit: tunc suum iudicium cessat. sic ⁊ iudicium Comitī: qñ Rex ad suum ꝑuenerit Comitatuz vl' ad iudicium Marchionis vbi sint p̄ntes ābo et sic cuiuslibz iudicī minoris expirat iudicium ī p̄ntia maiorī nisi ip̄m alicui⁹ q̄rela moueat rñdere

De iudicio cui⁹vis q̄rele ī oī loco celebrādo

o Mnem q̄relā ⁊ pacē fractā Judex q̊libz ī districtu sui iudicij iudicare p̄t vbicunqz sit: excepto si sit q̄rela d̄ ꝓprio: vl' si sup viꝝ sede Scabinoꝝ dignum liberum noxa q̄rulatur. Ista iudex nō alibi nisi in v̄o loco celebri iudicioꝝ ꝓuincialium ⁊ Regio

Juris ciuilis Haijdemburgensis

ſub banno debet iudicare

De iudicio p bannū Regiū. ⁊ de pena eiꝰ q̄ ſe de tali iudicio intromittit abſq; autoritate Regia.

p Er bānum Regium nemo iudicare pōt: niſi bānum a Rege ſuſcepit. Qui bānum ſemel ſuſceperit nō indiget ſcḋo ſuſcipere. Si rex ꝺceſſerit in diſtrictu vniꝰ aduocacie: extunc in eadē aduocacia plura banna Regia eē nō dñt niſi ſimpluz ⁊ vnum ¶ Qui v̄o p bānum Regium iudicat, et a Rege bānum ñ ſuſcepit is ſuā linguā ꝺemeretur

De ordine iudicij ⁊ p̄ceſſu eiꝰ

n Illum Burgrauium al's Comitē ſb bāno Regio iudicātē licet iudiciuz legale ⁊ ordinarium abſq; ſuo Sculteto coꝝ q̄ ſedebit ad omne ius ⁊ ad iuſtitiā ſe tenetur exhibē. ⁊ ibidē ipm Scultetum ꝺe p̄ma ſentētia interrogare ꝺz: vtrum fuerit tp̄s iudicādi an nō: ꝺeinde ſi poſſit an ꝺebeat mores iudiciales indicē et cōtumacias inſolētias ⁊ inobediētias p̄ſcribere. Cum h̄ ſibi diffinitum fuerit: extē q̄ruletur: q̄uis quod neceſſe ſibi fuerit p os aduocati ⁊ ꝓlocutoris ea de cauſa ne ſe negligat.

De vtili ⁊ inutili p̄poſitione iudicialiter per ſe vel ſuum p̄curatorem p̄roponenda

a Hſq; aduocato al's ꝓlocutore vir pōt querulari ⁊ rñdere ſi pēſare ⁊ ſuſtinē voluerit. ꝺānñ quod ſibi inde poterit ī iure euenire ſi ſe in v̄bis q̄rulādo aut rñdendo neglexerit: vel in vtilia ꝓtulerit q: cum ꝓ ſe loq̄tur talia reuocare nō p̄t v̄ba: nec ſe releuare. quod tñ circa aduocatum ſine ꝓlocutore facē bñ p̄t: q̄ꝺiu v̄bis ſui aduocati non conſentit: nec ea approbat

De p̄curatore per iudicē p̄mo petenti ꝺādo

i Ōdex aduocatum ꝺare ꝺz ꝓ q̄ p̄mo fuerat rogatꝰ. nec aliquē alium niſi ipm iure euadat.

De modis quibus ſe aliq̄s nō poterit vl' poterit excuſare a p̄curatiōe

a Buocare ſe nemo p̄t eximē: al's nemo ſe p ius p̄t ꝺfendē: q̄n ſit aduocatꝰ ī territorio ī q̄ ipſi⁹ ꝺomicilium conſiſtit: aut vbi alia bōa habuerit aut vbi iuſtitiā cōſeq̄ voluerit. excepto ꝺ ſuos affines ⁊ cognatos: vl' ꝺ ꝺñm ſuuz vl' ꝺ hoiez ſuum. ſi ipa q̄rimonia ad vitā rei ſeu mēbra aut ius nititur aufferre.

De duobꝰ ſil' vnū aduōtū petētibꝰ. ⁊ ſil' q̄rulātibꝰ

ſ I duo ſil' vnuz peciſſent aduōtum. h̄ ē in arbitrio ⁊ voluntate

iudicꝫ cui ip̄m dare voluetit. Si etiā duo sil' et semel cōq̄rantur et h̄ arbitrio cōmittitur iudicꝫ quē audire p̄us voluerit. nisi vn⁹ ex illis p̄mā q̄rimoniā possit ꝓtestari. al's nisi forte pars altera cāz ꝓbet de iure ꝓcedere.

Opizo. N3.

De opizone procuratore.

o Pizo dr̄ ille q̄ sillabas repetit añq̄z possit exp̄mere vnā dictionē. talis si in vna q̄rela errauerit bñ corrigē seip̄m p̄t sine dāno. Si etiā v̄ba neglexerit hunc cui⁹ ꝓlocutor fuerit. ille bñ poterit ꝑ alium aduocatum ip̄i⁹ supplere defectum

De eo quis possit esse prolocutor

q Uiuis vir ꝓlocutor esse potest ī terra Saxonie in ꝓuinciali seu terrestri iure p̄ter Clericum: quē in suo iure ⁊ honore nō p̄t laic⁹ reprobare. Sz cautionē fideiussoriā ip̄m facē oportebit si hereditatē nō habuerit ꝓ pena iudicis et pro emenda si ip̄az demeretur de qua solutus esse non poterit

De petēte sibi iustitiā ministrari qualis esse dz.

v Bi q̄s iustitiā petit sibi administrari. ibi dz eādē alijs exhibē ⁊ ad eā tenetur iuuare

De tp̄e quo aliq̄s debet ꝓ se fideiussores ponere

n Ullum oportz nec q̄rulātē aut rñdētē fideiussoriā ponē cautionē añq̄z q̄rimonial' fuerit ꝯtestata. al's añq̄z cā ad terminū deducatur

De q̄rimōia ꝯ odardū ⁊ Golothā facta

q Ui fideiussorē h̄re nō poterit nec etꝫ hereditatē hz. huic p̄co aut iudicꝫ ptās sb̄ custodia ꝑuare tenetur. si ꝓ iniurijs q̄ruletur vl' si sup̄ ip̄m ꝓlata fuerit q̄rimonia

De officio prolocutoris. et quomō nemo mut⁹ cogitur procurare causam

q Uemcunq̄z vir ꝓ prolocutore accepit. hunc suum v̄bum dicere oportet ꝓ ip̄o in omni causa q̄ sup̄ eum q̄rulatur vl' quā ip̄e habuerit q̄rulari ꝯ alios: q̄z diu idē ꝓlocutor sibi iure ablatus nō fuerit aut vn⁹ ab alio nō recessit. ¶ Null⁹ ad ꝓsequendā aliquā ꝯpelli dz q̄relā seu cām quā nōdum recepit. Quiuis dānum suū q̄z diu voluerit p̄t dissimulare ⁊ obticē. Si āt clamore ꝓclamat ad vicinos. h̄ip̄m ꝓsequi oportebit iure: qꝛ clamor ē initium q̄rele.

De gladio euaginato iudici deputato.

q Ui suum gladium sup̄ dānum alteri⁹ euaginauerit gladius Judicis eē dz

De pena nō ꝓsequētis causam suā.

Juris ciuilis Maijdemburgensis

c Lamorē in sanguinis effusione q̄ n̄ ꝓseq̄tur vt tenetur tres solidos demeretur. Si āt suā cāz iure ꝓsecut⁹ fuerit absq; duello: ⁊ si ip̄m su⁹ aduersari⁹ euaserit iuram̄to. actor ꝑmanet sine dāno: nisi monomachal'r ip̄m fuerit allocut⁹. et si nomē violatorꝫ pacꝫ ignorauerit super quem conqueritur ip̄m non nominādo. al's tacito ip̄ius nomine cōq̄ratur.

De inducijs testimonij.

t Estimonium vir ꝓducere ad sex dz hebdomadas quod promiserit aut incotinēti si vult Si āt ꝓprium ꝓtestari ⁊ ꝓbare debuerit h̄ statim vl' ꝓximo iudicio fieri dz.

De officio iudicis

i Udex sp̄ interrogare tenetur cliētulum si ī v̄bo ꝯsentiat sui ꝓlocutorꝫ ⁊ sentētias inter v̄ba duoꝝ viroꝝ interrogare. ⁊ si s̄m ꝓpriā voluntatē ⁊ nō s̄m iustitiā al's nō ad dicta duoꝝ inq̄sierit. h̄ nō ꝓdest vni nec obest alteri

De sententia que prius diffiniri deberet

d E q̄cunq; sentētia p̄us req̄ritur. hec prius diffiniri debet.

De colloquijs actoris ⁊ rei

a Ctor ⁊ reus seu rn̄dens ī q̄libz cā vterq; colloq̄um h̄re pn̄t: seu interloq̄ trib⁹ vicib⁹: q̄usq; eos reuocet p̄co ad iudiciuz

¶ In omni loco ē Judicium vbi iudex ꝑ sn̄ias scabinoꝝ indicat

De taciturnitate in iudicio seruanda

v Oce sonorosa non loquatur vir coram iudicio postquā habuerit aduocatum preterq̄ si ip̄m Judex requisierit si ī v̄bo consentiat sui aduocati bn̄ p̄t respondere: ꝙ cōsentiat ī v̄ba ipsius aut non: vel petere licentiā: ꝙ possit desup h̄re colloquium.

De more duelli ⁊ ꝑtinētijs eius. Vide s̄li. j. fo. clxxxv. c. Qui monomachaliter. ⁊ fo. seq̄nti. al's clxxxvj.

De pena fideiussoris. qui non potest statuere principalem

De q̄ s̄li. p̄mo fo. clxxxvij.

q Ui etiā fideiusserit viꝝ vnum pro noxa ip̄m corā iudicio statuere et eum statuere nō poterit. suā soluere tenetur recompensam et in suo iure non debilitatur fideiussor.

De solutione debiti.

o Mne debitum soluere oportet illi cui soluere tenetur an̄ taxatam diem. ita tamen ꝙ soluatur in loco solutioni indicto et receptori securo Solutor āt duos testes habeat: q̄ h̄ viderunt ⁊ audierꝫ ꝙ h̄ d̄bituz ꝑsoluit: aut ad soluēdn̄ se exhibuit cū ar

gento vl' denarijs ꝯsuete monete iu h̄ loco. ⁊ ille debitum ꝯ iustitiā recipe recusauit.

De capto in facto manifesto: quō debeat iudicio presentari

q Ui captiuatur ī facto manifesto quō detēt⁹ fuerit eodē mō corā iudicio dz pñtari et metseptim⁹ ip̄m actor vincē dz tetestimonio

De proscriptis.

i Dem etiā fit de ꝓscripto si vn⁹ excessus ꝓtestat⁹ ꝓ q̄ descriptus fuerit. attñ nulli ꝑ ꝓscriptionē aut illegalitatē sua vita dz abiudicari vbi nominatim non fuit proscriptus

De querela contra absentem. et de cittatione contra violatorem pacis fienda

q Uando ꝯ aliquē q̄rimonia ꝓposita fuerit q̄ pñs nō ē corā iudicio. indici sibi seu tutari dz ad iudicium ꝓximum. Si autē sup aliquē facta fuerit q̄rimonia ꝓ violētia ⁊ pace fracta ter cittabitur. datis semp inducijs duaꝝ hebdomadaꝝ

De inducijs cittatiōis ꝯ dignū sede Scabinoꝝ

s I āt q̄rulatur sup libeꝝ sede Scabinoꝝ dignum ꝓ iniuria: violētia: et pacefracta siue noxa. is ter cittabitur et semp sb̄ inducijs sex hebdomadaꝝ ⁊ sb̄ bāno Regio ad iustum ⁊ legale iudicium

De causis proscriptionis.

q Uicunq; ad terminum tertium nō ꝯparet. ille ꝓscribitur ꝓ alia nulla q̄rimonia hō dz ꝓscribi nisi ꝓ ea q̄ ad vitā transit vel ad manum. ¶ Qui v̄o alium fustib⁹ cedit seu v̄berat. ita q̄ v̄bera seu loca lesa inflātur ⁊ tumescāt: vl' q̄ aliū facit sanguinolentum absq; carnalib⁹ vulnerib⁹ si h̄ conq̄ritur iudici et p̄coni: aut mgr̄o rusticali. al's Sculteto ville: aut villanis: ⁊ h̄ ostēderit facto recenti: et si reus ad signatum terminum nō ꝯparuerit sui excusandi gr̄a. al's b̄m iurī exigētiā ad excusandam satisfactionem seu emēdā. tal' ꝓscribi dz ꝓ vulnē sanguinolēto absq; vulnere carnali

De duello pro cicatrice vulneris

c Um cicatrice vulnerī ⁊ cuz v̄bis monomachalib⁹ seu duellicis vir alteꝝ ad duellum seu ad monomachiā capē ⁊ ꝓuocare p̄t absq; carnalib⁹ vulnerib⁹. ¶ Absq; carnis incisiōe p̄t vn⁹ alium occidē: ⁊ ī mēbris debilitare: ꝑcuciēdo: v̄berādo: trudendo: iacēdo et alijs multī mōis. vbi manum vl' vitā suā demētur aut ꝓscriptionē incurrit.

De proscripto in ꝓscritione ad iudiciū deducto.

Iuris ciuilis Maijdemburgensis

p Ro q̃cunq; culpa vir ꝓscribitur et si infra ꝓscriptionẽ ꝺtẽtꝰ fuerit ⁊ ad iudiciũ ꝺductꝰ seu iudici pñtatꝰ: vite reꝰ efficitur si super eum culpa seu noxa et proscriptio fuerint cõprobate. Si ãt velit se a ꝓscriptione eximere: si sic ꝙ nõ captꝰ Iudici se repñtet seu cõpareret corã iudicio. Extunc ad suum ius ꝑueniet: ac si nunq̃ ꝓscriptus fuiss3

De vno aduocato: quẽ plures ꝑ Iudicem sibi dari petunt

s I duo vel tres sil' aduocatum petãt. h̃ ẽ ĩ Iudicꝫ voluntate cui p̃mo dare velit. Si etꝫ duo simul ꝯquerãtur. h̃ stat etiã in Iudicis voluntate quẽ p̃mo velit audire.

De mortuo aut vulnerato ad iudiciũ deducto.

q Ui etiã viꝝ mortuum aut vulneratum captum ad iudiciuꝫ deducit. ⁊ ip̃m vt pacꝫ violatorẽ proloq̃ voluerit ꝑ duellũ: aut absq; duello. et si hoc non fecerit et lapsus fuerit super ip̃m. Extunc tal' pacis fracte sententia punietur

De intromissione bonorum actori danda

s I ãt vir sup̃ bona cõquestus fuerit tribꝰ iudicijs: ꝙ ad ip̃m iure pertineant. reus vltra in eis non debet morari: s3 actor duci et mitti deb3 in possessionẽ: de qua nemo ipsum potest eijcere nisi per iustam q̃relã. eiectus ãt a possessione pot̃ inuestiture infra anni reuolutionẽ ꝯdicere et eam recipere sacramento. S3 ip̃m statim bona illa defendere oportet et in proximis tribꝰ iudicijs omnibus q̃rulantibus de se respondere

De modo pignerationis in causa debiti

s I q̃s pro debito querulatur super hunc q̃ iudicio intereẽ nõ tenetur nec pñs adest iudici. sibi debet ex parte iudicij p̃cipi vt soluat ad duas hebdomadas. vel cõpareat responsurus debitum iure euadendo: ꝙ si non fecerit. pro eo debet impignerari et vadium super fideiussoria dimittitur et datur in manꝰ fideiussoꝝ tribus vicibꝰ et semper ad duas hebdomadas si petatur.

¶ Si vero nõ desideratur: tñ vadium seruari et teneri debet ad sex hebdomadas non venditum. Et si debitor non excusat infra h̃ tp̃s debitum postea excusare non potest. nisi ip̃m legale impedierit impedimentum extunc pignꝰ pro suo debito exponatur vel vẽdatur: Si exponi non possit et si q̃d superfuerit: excreuerit q; hoc debitori reddatur. ¶ Si ãt defecerit iteꝝ debitor impigneretur: totiens q̃usq; debitum ipse suum ex integro consequatur.

Liber Secundus

De vincendo violatore etiã in absentia iudicis et proscribendo.

q Uicunq; pro noxa seu violẽtia iudicialiter seu coram iudice impulsatus fuerit cum clamore anteq̃ ꝑnoctauerit: si actor noxam protestari poterit metseptimus, reus proscribitur ĩ momento. ¶ Si autem iudex a suo iure defuerit seu extra territorium fuerit, extunc actor q̃ruletur coram precone ĩ loco iudicꝫ et q̃relam poterit protestari ꝑma die qñ iudex ad suum redierit iudiciuꝫ vl'in territorio apparebit. Ille ꝓscribitur ꝓindeac ꝓ violentia seu acsi maleficium ipso die fuisset cõmissum

De ꝓscriptõe alicui⁹ ꝑ iudicẽ electũ seu ĩfeodatũ

s I aliquem electus oppidalis aut infeodatus a Comite proscripserit et hoc Comiti intimauerit, Comes tenetur dictam proscriptionẽ sua sententia confirmare. Et sic post Comitẽ Imperator

De crimine lese Maiestatis

v Bi per iusiurandum se ꝑncipes aut Barones confederant vt Regem non excipiant lesa d'r Regis Maiestas.

De negligẽtia iudicij bãniti ꝑ Comitẽ ⁊ actorẽ

s I Comes suum neglexerit iudicium bannitum seu legale h̃ solum ammittit. Actor autem si neglexerit aliquod horum iudiciorum pro violentia pacꝫ seu noxa signatis: oportet q̃relam vt prius denuo incipere

De reo excipiẽte se ab instantia actoris

s I super iniusta possessione proprij seu hereditatis q̃s conq̃ritur de pñte. Si re⁹ se dixerit ñ ꝓpter h̃ vocatũ ad iudicium, tunc proximum sibi iudicium assignetur ĩ q̃ final'r rñdebit

De inducijs alicui scd̃m conditionẽ nature sue ad duellum concedẽdis.

s I aliq̃s ad duellum alium incitat ⁊ prouocat: q̃ se sup eo nõ preparauerit nec sibi sup hoc iudicial'r ẽ assignat⁹ terminus terminum dꝫ hr̃e scd̃m formã sue nature et scd̃m generꝫ sui qualitatẽ si pecierit ꝙ sup eo se possit adaptare. Cum duellum iam cõpromissum fuerit ⁊ nõ ꝑus dign⁹ ⁊ idone⁹ ad Scabinuꝫ sex hebdomadas ⁊ ministeriales ad duas hebdomadas et alij liberi hoĩes ¶ Pro omnib⁹ alijs causis ꝓ q̃bus vir inculpatur añ Iudicẽ: incontinẽti dꝫ rñdere: hoc ẽ negare vel fateri

De mõ quo se aliq̃s ꝑt a ꝓscriptione eximere. ⁊c̃

Iuris ciuilis Maijdemburgensis

q Ui se ex ꝓscriptiõe eixmẽ voluerit al's ꝓscriptionẽ euadere: huic dz iudex pacẽ indicere vt secur⁹ in iudicio ꝯparẽ possit et hoc si ex ꝑte sui desideratur. Cuz tñ tacto sacramẽto se ipẽ extraxerit. extunc iudex ⁊ vicinia ipm digito ⁊ lingua bone fame restituẽt sicĩ ꝓscriptiõe deduct⁹ fuerat. al's sicut ipm antea ꝯdẽnauerant. Si h̃ ꝑ iniuriã sibi denegatur ꝙ eum q̃s indebite conetur impedire. prestito tñ sacramẽto infamis ampli⁹ nõ notatur. Sz lib̃ et nõ ꝓscript⁹ habeatur. ⁊ iudex dz ei pacẽ indicẽ si petatur Postea q̃z ãt pax ei fuerit indicta ponat fideiussores ꝙ ĩ trib⁹ iudicijs ꝓximis cõparebit: omnib⁹ de se q̃rulantib⁹ rñsur⁹. Si ãt nll'us hisdẽ trib⁹ iudicijs ꝯ eum apparuerit q̃rulator. tc̃ deinceps absoluetur et liber dimittatur

De modo eximẽdi se a proscriptione ⁊ iterum de culpa proscriptionis

s Ꝑ ãt se vir a ꝓscriptione exemerit. vbi aduersari⁹ pñs fuerit et si cõparere ꝓmittit: aut cautionẽ fideiussoriam fecerit: ꝙ iuri pareat et tandẽ nõ cõparuit. Iudex fideiussoriã acq̃rit ⁊ nõ actor si ipm denuo in ꝓscriptionẽ deduxerit vt de iure debuit

De non compulsoria bene possessionati ad fideiussoriam cautionem

q Ui tñ hz ꝓprij vt suã valeat recõpẽsam: vl' quod etiã valorẽ ꝑcellit recõpẽse in districtu iudicij nõ dz fideiussoriã facere cautionem si super ipm noxa fuerit querulata. al's ĩ omnib⁹ causis pacis fracte.

De inducijs soluẽdorum debiti: pene: ⁊ emẽde

a B duas debitum hebdomadas solui dz quod corã iudicio fuerit acq̃situm. ¶ Pena ad sex hebdomadas. ¶ Emenda post penã ad. xiiij. dies. ¶ Si ãt vir emendã añ penã acquisierit exolui dz emenda ad sex hebdomadas: et pena post h̃ ad. xiiij. dies ¶ Ad domum illi⁹ debitum dz solui vbi vl' cui tenetur añ sol occasum si ibidẽ domicilium habuerit: aut ĩ proxima domo iudicis si ibi domum non habuerit.

De spretione satisfactionis

q Ui emendã seu satisfactionẽ coram iudicio respuit eiq̃ abrenunciauerit. ille decetero carebit eadẽ. ¶ Omne ꝑsolutuz debitum: debitor persoluisse: metterti⁹ protestari dz his q̃ viderunt et audierunt ꝙ integral'r fuit ꝑsolutum.

De pena contumacis

q Si citat⁹ iudicio nō comparet, hic incidit penā: nisi se iure legittime excusauerit.

De neglecta reuocatione sentētie

q Quicunq; vir quācunq; sentētiā diffinire cora iudicio bānito audierit aut q̄d dare viderit, si incontinēti non reclamauerit, postea tacere oportet et pro rato sustinere.

De quattuor legalibus impedimētis

q Quattuor sunt cause q̄ impedimēta vocātur legalia q̄bus absens a iudicio excusatur scz captiuitas: infirmitas: huicium dei extra terminos Regni: als pegrinatio: ⁊ seruiciū regale Quecunq; harū causarū legalium hoiez impedit, ꝙ in iudicio non cōparet sic̄ iuris est, si ptestabitur cum vno suo nuncio q̄cunq; sit: remanet indēnis ⁊ terminum acq̄rit vsq; legali impedimento fuerit liber et solutus

De pbatione legalis impedimēti p fideiussorē.

q Si āt cautionē fideiussoriā fecerit cōparēdi et legale impedimentum habuerit. Illud impedimētum, pbat fideiussor sacramento et non ali⁹ nunci⁹ suus

De pēa iudici: ⁊ satisfactiōe reo p actore soluēda

q Si p nora seu pace fracta sup absentē q̄rimoniā fecerit: et si postea ꝓparuerit: actor vo nō q̄rulat⁹ fuerit ipe iudici penā soluet ⁊ illi ꝯ quē mouebat q̄retā satisfactionē. ⁊ nihilominus ab actiōe cadet. ¶ Si āt suā q̄rimoniā fuerit ꝓsecutus: q̄uis ipm reus iure euadat. Actor tn̄ nihil p eo patietur detrimenti: nisi ipm monomachaliter fuerit allocutus.

De reo q̄ non diligentiam in causa succūbente.

q Si ett rn̄dere incipit ⁊ n̄ finita cā sibi termin⁹ fuerit, progat⁹ p sentētiā, si nō ꝓparuerit extunc in actione ē conuict⁹

De fideiussoria per iudicē ab actore ⁊ reo ꝙ iuri pareant exigēda.

i Ideo ab actore fideiussores dz exigē, silr et ab eo sup quē q̄rulatur als a reo ꝙ iuri pareāt. ipi ett sup iudiciū de suo iure dñt hre n̄spectum, p q̄rimonia q̄ p sentētiā fuerit dilata vsq; ad scm̄ terminum

De captiuo q̄n ad fideiussoriam cautionem dimitti debeat. ⁊ quando non

Juris ciuilis Maydemburgensis

S Jvn⁹ fuerit captiu⁹ dimitti debet sup fideiussoria cautiõe.
¶ Nisi in facto manifesto fuerit deprehẽsus.

De proscripti deprehẽsione ꝛ eius iudicio.

Roscriptus bñ licite potest deprehẽdi diebus feriatis.ꝫ nõ
p licet iudicari nisi fuerit factum recens ꝛ manifestum.
¶ Null⁹ debet cautionẽ fideiussoriam facere vltra p̃cium sue recõpense.nisi sit pro debito de q̃ fassus ẽ iure: alꝫs quod corã iudice recognouit super seipm acq̃situm

De iudicio ꝛ iuramẽto dieb⁹ feriatis exercẽdis.

I dieb⁹ feriatis non dz iudicari nec iurari nisi pro pace.et etiã sup hunc q̃ in manifesto facto fuerit deprehensus

De violatore pacis tpe feriato

Vicunq; pacẽ in dieb⁹ feriatis violauerit.illum dies feriati
q non protegunt et sic nec Ecclesia nec cemiterium:et sic ĩ malefacto quod in ipsis fuerit perpetratum

De querelis diebus feriatis iudicandis.

Vicũq; q̃rulatur dieb⁹ feriatt. Judex incõtinẽti iudicare p̃t
q super istum q̃ pns astat.et iubere põt vt fateatur aut neget et satisfaciat tempore debito.

De diebus feriatis obseruandis

S Ed nõ debet feriatis dieb⁹ iudicare: quodcunq; ꝛ q̃dcunq; iuramẽto accõmodatum fuerit extra dies feriatos p̃stari dz

De iuramẽto p̃ euasione d̃biti p̃ reum p̃stando

Vi ãt pro debitis iurare promiserit: q̃ tempore debito non
q exoluat pro quo promissum fuerat iuramentum ĩ debito cõdemnatur nisi ipm legale impedimẽtum occupauerit: quod possit ostendi. Et si iuramentum corã iudicio ꝓmissum fuerit penã iudici demeretur: et actor emendam seu satisfactionẽ dare oportet cui fuerat promissum iuramentum

De euasione debiti absq; iuramento in contumaciam actoris

J autem reus paratus fuerit prestare iuramẽtum tempore
S debito quod ꝓmiserat et actor noluerit recipere: vl̃ absens erit. Tunc sibi iurare non debebit sic q; absoluetur reus a iuramẽto.et a debito: pro q̃ iuramentum fuerat promissuz, si super eo habuerit testimonium.

De creditore: tēpus debiti solutioni assignatū non attentante

q Ui argētum vel denarios debet dare. ⁊ ille qui recipere dz nō expectat nec attētat tpe statuto: aut sup eo testimonium nō recepit p h̄ pecuniā nō āmittit. s̄ diē receptiōis āmisit.

De debitore solutionem debiti pro tempore assignato negligente

s I autē debitor ꝓ aliquo loco et tempore statuere se ꝓmisit. et non statuit ab eadē promissione ē liber: sed de debito nō: pro quo se statuere debuit

De casib⁹ excepti: q̄ dieb⁹ feriatis iudicari n̄ dn̄t

i Nfra dies feriatos nō licet iudicare nec sentētiam inuenire. nec quisq̄ vasallus sup suum dn̄m: nec dn̄s ꝯtra vasallum nec agnat⁹ contra suum consanguineum debz diffinire: qd̄ ipsis ad vitā aut mutilationē. vl' ad ip̄oꝝ honorē trāsit

De his qui sententias inuenire possunt. ⁊ quō eedem sentētie reprobari possunt ⁊ quō nō.

s Cabinatu digni super quēlibet sentētias licite pn̄t inuenire ⁊ diffinire. Super ipsos āt null⁹ debz inuenire vl' ferre sententiam q̄ sup ipsoꝝ vitā aut honorē seu hereditatē trāseat nisi ipsis sit equalis ī natura. Nec etiā aliq̄s eoꝝ sentētiā debet nec pōt reprobare nisi etiā ipsis in natura sit equalis.

De iuētiōe ⁊ reprobatiōe sn̄ie absq̄ bāno Regio

e Xtra bannum Regium q̄uis sup alium sentētiā inuenire p̄t ⁊ etiā sentētiā inuētam reprobare q̄ ī suo iure sit pfectus: et in tali causa: q̄ absq̄ banno Regio valeat licite iudicari.

De appellatiōe ex Iure ciuili ad Regiam Maiestatem prosequenda.

s I per aliquē sentētia reprobatur deferri debet ad superiorē iudicē et vltimo ad ip̄m regē. Et ad hoc iudex nuncios suos debet mittere: q̄ audiant: q̄s eoꝝ coram Rege victor in sua fuerit sententia.

De nuncijs cum appellante ad Regē mittēdis quales esse dn̄t ⁊ quomodo ꝓuidēdi.

Iuris ciuilis Maydemburgensis.

b I nuncij digni scabinatu eē debēt: si hoc in comitatu proui dendi cōtingat. Si autē hoc ꝯtingit in Marchia: extunc eē possunt nunctij q̄cunq; in suo iure sunt ꝑfecti: quos iudex in expensis tenetur ꝓcurare panem ⁊ ceruisiam eis tribuendo abundanter ⁊ tria fercula ad prandium ⁊ ad cenā: q̄ sunt licita in hac die ⁊ ciphum vini. duo fercula seruis dari debent: quinq; māipuli cuilibet equo dantur infra noctem ⁊ diem. ⁊ anteriores pedes dn̄t eis sufferrari. Sex famuli debent esse ⁊ octo equi.

De spacio temporis infra quod sententia iusta a Rege debet reportari.

e Et cum primum Regem inuenerint in Saxonia. tunc ad ipsius atrium venire debēt: ⁊ post hac ad sex hebdomadas sententiā tenētur reportare iustam.

De eo qui succubuit coram Regia maiestate in reprobata sententia quid soluere debeat.

s I autē is q̄ r̄probat sentētiā lapsus fuerit ⁊ succubuerit: extunc ꝓinde iudici penam demeretur: et illi emēdā seu satisfactionē cui⁹ sentētiā reprobauit: et etiā expensas iudici: quas cum nunctijs in eoꝝ ꝓcuratiōe expendit. Nulla reprobata sentētia de comitatu trahi seu deduci debet ad marchiā: q̄uis comes habeat comitatum a marchiōe. hoc tn̄ fit ꝓpterea. qꝛ in marchia bannuꝫ regium non est: sed comitatus. hoc autē ius discordat: estq; dissimile. Eapropter ad imperium trahi debꝫ: oportetq; coram Rege causas huiuscemodi disceptare.

De interrogatiōe sn̄ie ab eo: q̄ eā nescit inuenire

s I q̄s ꝓ sentētia req̄sit⁹ fuerit: q̄ eā nesciat diffinire ⁊ si h̄ velit sacr̄o ꝓbare: extunc alteꝝ pōt interrogare: deind̄ terciuꝫ post hoc quartuꝫ: ⁊ sic singulos: vltim⁹ acq̄rit indutias vsq; ad terminum assignatum illi: ꝯtra quē sentētia debet inueniri.

De reprobatione sententie per Saxonem.

s I Saxo etiā redarguerit vel reprobauerit sentētiā inuētaꝫ deferens ea manui sue dextre ⁊ multitudini maiori: ip̄e ꝓ eo pugnabit metseptimus sibi paribus cōtra alios septeꝫ: vbi maior pars vicerit: alias victores sententiam obtinebunt: victus autem in duello penam iudici soluat ⁊ illi emendam seu satisfactionem: qui contra eum pugnauit: pro sententia vero reprobata nusq̄ pugnatur nisi coram imperatore.

Articulus condēnatus. De q̄ sup̄ fol. clxxiiij.

De inuentione sententie indirecte scdm alicuius apparēs intelligere. quod putat esse verum.

s Ꝑ q̄s interrogatur ꝑ sentētia: ⁊ ipe ꝟm suum intellectuz q̄nto rectius intelligit diffinit. q̄uis sit indirecta. ꝑ eo tñ nihil mali vl' dāni patiatur: al's q̄ ꝟm suā bonā cōsciētiā inuenit: lz iniustā: ⁊ alter inueniat aliā in quā plures ꝯsentiāt illa stabit: et absq; pena remanēt inuētores: qꝛ neuter alteri⁹ sentētiā r̄probauit

De modo reprobandi sententiam.

q Ui sentētiā reprobat debet sic loq̄. Sētētia q̄ est iuuēta iniusta est. illā reprobo ⁊ eā traho: seu deferro ad locum ad quē de iure debeo. ⁊ sup eo req̄ro sentētiā: quo vel ad quē locuz eā iure trahere debeo: Si Sueuus sentētiā Saxonis reprobet aut ecōuerso. sup hoc corā rege disceptare tenētur. vt prescriptum est.

De modo inueniendi ⁊ reprobandi sententias.

s Entētia dz inueniri sedēdo q̄uis sup suā sedē. ⁊ stando r̄probari sb̄ bāno regio. Qui āt ad bānum nat⁹ nō fuerit. b̄ sedē poscat ꝑ sentētiaz vt inueniat iustiorē. tc̄ inuētor p̄me sentētie reprobate cedat illi scde: ⁊ q̄cunq; sentētiā inuenerit offerat illā iure obtinē: ⁊ deferat illic vt dcm̄ ē. ⁊ petat nuncios ad sñiam r̄probatā. ¶ Ille nō dz assessuz interrogare nec ip̄az poterit reuocare q̄ eā inuēit absq; ꝯsensu illi⁹ ꝑti cui sētētia diffinita poterit suffragari

De his qui sententias reprobare nō possunt.

p Ro violentia captus: ⁊ ante iudicem deductus nō pōt sententiā reprobare. nec pugnatur⁹ duello postq̄ intrauit circulum

De penis cuiusuis malefitij: quibus malefactores singuli puniant̄: ⁊ de iuditio Sculteti.

h E sunt pene q̄ pacis violatorib⁹ infliguntur. fures ⁊ latrōes dñt suspēdi. ¶ Si ꝯtingat furtuz sb̄ trib⁹ solidis ī villa: furē si capt⁹ fuerit: pōt mgr̄ rustical' al's Scultet⁹ eodē die iudicādo punire in crinib⁹ ⁊ cute: vl' redēptiōe trium solidoꝝ: tc̄ r̄manet re⁹ absq; honore ⁊ absq; iure. Istud ē mai⁹ iuditium qd̄ ꝑtinet ad Scultetuz: ⁊ hoc idē facē nō poterit mane seq̄nti. Pro denarijs plurimis ⁊ reb⁹ mobilib⁹ lz eidē Sculteto vlteri⁹ iudicare. ¶ Ead̄ pena debetur hñti iniustā mēsurā ⁊ pēsam seu pōdus iniustum: et in q̄libz mercimoniali falsa mēsura. ¶ Oēs latrōes seditiose alios occidētes ⁊ aratra spoliantes. aut molendina ⁊ eccl'ias aut cemitiria dep̄dantes: ⁊ traditores incendarios. ⁊ q̄ legatiōes in suas per-

De penis hñtiuz iniustas mēsuras.

De his q̄ d̄merēt̄ penā rote

uertunt vtilitates plecti debent in rota. ¶ Qui alium interfic̄, aut aliquē ledit ad mortē, spoliat, aut captiuat, aut incēdit: nō tñ seditō se: ꝛ virginē oppꝛimit, aut mulierē seu pacē infringit, ꝛ q̄ in adulterio fuerit ꝺphēsus, punitur capitali sentētia: alʒ capite plecti ꝺbz ¶ Quicunq; furtuz aut spolium fouet aut custodit, Si sup eo qui citur pari pena vti ꝛ ille malefactoꝛ puniatur. ¶ Cristianꝰ q̄ in soꝛtilegio aut veneficio ꝺphēsus fuerit ꝛ quietꝰ ī craticula cōburatur ¶ Judex q̄ pacꝫ violatoꝛē pena ꝺbita nō ꝺdemnat, alʒ euz ꝓnoxa nō iudicauēit, eadē pena puniatur: quā ꝺbuit malefactoꝛi inflixisse ¶ Nemo tenetur ad iuditium iudicis illiꝰ accedere, nec in iure ei assistere, postq; iusticiam petenti ministrare ꝺnegauit.

De ꝺbita nō solue ꝺbenti

De pena cristiani in venefitō ꝛ soꝛtilegio deprehensi

De iudice malefactoꝛi pcēte

De iudice iusticiā alicui petēti ipēdēꝛ nolēte

De eo qui se impugnantem occidit

Necessitate vite ꝺpulsus, siq̄s ꝺfendēdo se: interficit se impugnātē ꝛ metu mortꝫ nō audet iuxta mortuuz remanē: nec ipsum añ iudicē ponē puniendus, si venerit absq; mortuo āte iudicē ꝛ fcm̄ fateatur, ꝓpusq; ꝺ ipo aliq̄s ꝺq̄ratur ꝛ se offerat ad iustitiā: nēo pt ipm in pena capitali ꝺdēnare p sñiam: tñ iudici ꝺdēnabitur ꝛ summa pena ꝺnarioꝝ ī q̄ q̄s iudici ꝺdēnatur: ꝛ agnatꝫ in recōpensatione. Qui q̄dem agnati ꝺnt citari p̄mo ꝛ scꝺo ꝛ tertio iuditio vt recōpēsatiōem accipiāt ꝓ agnato occiso Qui si ad tertiā citationem nō venerint, reus supsedeat: ꝺnec eiusmodi recōpēsationem ab eo ꝙuicerint p querelā. ꝛ iudex ꝺz ei indicere pacē si petatur ¶ Si autē mortuus añ iudicē ab agnatis ꝺferatur: ꝛ ꝙtra ipm reum ꝓponatur querela: optet eum ꝓ collo ꝓꝛio respondere aut cōtra occisum: sic vt supꝛa scriptum est pugnare.

De actoꝛe qui iurat reū euincere a scꝺa actōne si per alium actoꝛem eadē pro re impeteretur.

Qui coram iudice cām inchoat: ꝓ q̄ opteat ipm ꝛ digito prestare cautionem. hoc est q; nunq̄ aliq̄s ꝺ cetero reum impetat in dicta causa. ꝛ postq; idipz fcm̄ fuerit, forsan alter reuz impetat sup eadē cā: ꝛ hunc ꝑmꝰ actoꝛ nō valeat ab eiusmodi scꝺa impetione ꝛ actiōe excipe actoꝛemq; scꝺz a causa p sñiam ammouē optet eum causam dimittere cuz recōpēsatione sui dimidij: aut carē manu ꝺxtra, qua p̄stiterat cautelam ꝛ iudici soluē penam iudicialē q; emenda satisdationis est manus ꝺxtra, cum qua satisdationem ipsam ꝓmisit vel media recompensa.

De eo qui repetens arma: suppellectilez: aut bona alia mobilia facit cautionem.

s Ihō p̄stat cautelā: al's ꝓmisit satisdationē q̄ arma bellica requirat: aut hereditatē vel suppellectilē repetat: aut aliquaz rē mobilē. Si cautio eius ꝑ iusticiam infringitur Judici soluat penā: ⁊ cum satisfactione seu emēda cessabit a cautione.

De cautione in causa mortis et mutilatiōis mēbrorum prestanda ac pena vulnerum.

t Autionē p̄bet actor in causa mortis: al's satisdatōnē q̄uis facere tenetur ꝓ homicidio: aut mēbri mutilatiōe vl' vsus ei⁹ ablatione ⁊ in cā vulneri ⁊ ꝓ dño cui⁹ ē ꝟu⁹ ⁊ ꝓ agnati Qui debilitat alium in mēbris aut vulnerat: si ꝯuincatur manu carebit.

De pena violatoris.

De satisfactiōe et emenda.

q Uancunq̄ violentiā actor ꝯtra reum ꝑ duelluz probauerit penā capitalē demeretur. ¶ Quiuis ꝟm ortus dignitatem recipiet emendam seu satisfactionē nisi eam demeruerit.

De pena preconi pro negligentia infligenda

q Uando p̄co cōis iudici penā demeretur in eo: q̄ ipsuz super suo neglexerit iuditio. extunc Maldratā regiā. hoc ē. xxxij. plagicuz viridi fuste q̄rc⁹ lōgitudis duoꝝ cubitoꝝ demētur

De recōpensa singuloꝝ mēbroꝝ mutilatorum.

s Ji in ore ocul': naso: lingua vl' māib⁹: aurib⁹: genitalib⁹ aut pedibus q̄s mutilat⁹: ā etiā vsu p̄uat⁹ fuerit: ⁊ si debeat satisfactio fieri ꝓ q̄libz istoꝝ dimidiam recōpēsam dz recipere ¶ Quilibz digit⁹: ā dens spālē obtinet satisfactionē ꝟm q̄ cedit ipsis portio in recōpēsa p̄dicta al's pars decima dummō nō moriatur. ¶ Quotcunq̄ sustineat vulnera: ⁊ mēbroꝝ debilitatē in vno impetu vl'nerat⁹. soluz recipiet emēdā: ⁊ r̄cōpēse medietatē. ¶ Quotiens q̄s in mēbro debilitato ab alio vulnerādo debilitatur. totiens sibi soluat recōpēsam. ¶ Qui absq̄ vulnere carnis ꝑcutitur: ā mēdax verb ꝯtumelioꝟ arguitur ipi dz satisfieri ꝟm ort⁹ ⁊ nāe dig̃tatē ¶ Si in mēbro soluto: al's qd̄ sibi ī iuditio ꝑsolutuz: q̄s fuerit vulneratus: debilitatus: truncat⁹: sola emēda al's satisfactōe sit ꝯtēt⁹

De filio pro excessu defuncti patris nō rn̄dente.

f Jlius non rn̄det ꝓ p̄re defuncto: q̄cunq̄ fecerit violentiam.

De exemptione filij per patrem a pena.

p Ater sel' pōt eximere filium a se nō diuisum: cum sup violentia seu scelere impetatur: ꝟ optebit eum iurare: q̄ fili⁹ innocēs sit ī hac cā. ¶ Si āt sup p̄rez ⁊ filiuz ꝓ eadē cā fcā fuēit

q̃rela: pr̃ filiuz excip̃e nõ p̃t: nisi p̃us seip̃m expurget ab hac causa:

De nõ sententiando reo nisi Iure conuincatur.

n On dz sententia inueniri qua pena debeat reus puniri. nisi prius super crimine conuincatur.

De ꝓbatiõe ꝓ bonis nõ facienda. donec iure diffinitum fuerit

n On dz ꝑ sentẽtiã oñdi. q̃liter hẽditatẽ aut bõa q̃s sua ꝓbare dz: nisi p̃us fuerit testimoniuz ⁊ ꝓbatõ ꝑ sẽtẽtiã adiudicata.

De diuisione Patris cum Filio.

p Ater potest filium coram iuditio sequestrare ac separe cum qualibz re quã filius acceptare voluerit. qualiscunqz sit.

De exemptione serui per dominũ suum a morte

d Omin⁹ põt ꝟuum ⁊ obnoxium a morte eripe qñ fuerit ꝯdẽ natus si iurare p̃sumat: ꝙ ille ꝟuus su⁹ sit innat⁹: al's naturaliter obnoxi⁹: et ꝙ ꝟuus innocẽs sit a cã: tunc r̃manet seruus absqz dãno iure et absqz honore.

De diuisiõe hereditatis fratꝝ ⁊ soroꝝ diuisorum et indiuisorum.

f Rẽs ⁊ sorores hẽditatẽ recipiunt fr̃m ⁊ soroꝝ indiuisoꝝ añ frẽs ⁊ sorores q̃ a pentib⁹ sunt diuisi ⁊ seq̃strati indiuisoruz pueri fratrum sunt eque vicini cum diuisis fratribus in hereditate recipienda.

De recompensa membrorum.

p Lenã recõpẽsam ⁊ emẽdã seu satisfactionẽ dz recipe q̃libet. licet careat aliquo mẽbro: vel vsu mẽbri illius: qd̃ corã iudicio nõ oñdit. nec tutorẽ ꝓpter hoc sibi acquisiuit: nec solutionem ꝓ membro leso recepit.

De edifitijs hominis censualis: ⁊ d̃ eius heredibus ac vxore.

h Omo censual' q̃cunqz sit sua relinq̃t edifitia suis heredibus nisi forte ex stirpe militari sit: q̃ ip̃a edifitia sue vxori in dotalitium ꝯtulerit. ¶ Dñs feodi põt ip̃a in vsus suos ꝯuertere ⁊ cum censu nisi vasallus vxorem habuerit cui ꝓ dotalitio dederit. ¶ Sil'r si vite ꝓuisionẽ in ꝓprio vel in feodo femina habuerit. ⁊ ibi dẽ edifitia ip̃a nõ poterit suis agnatis ⁊ ꝓximis eadẽ delegare: ꝫ p⁹ mortẽ ip̃ius cedunt feodo seu illi cui bona vacant.

De edifitijs in feodo ꝯ dñi volũtatẽ disponẽdis

l Icet vnicuiqz sua edifitia in suo feodo corrigere siue peiorare ꝯ dñi voluntatẽ. Idẽ lz mulieri in edifitijs sue ꝓuisionis

De herede feodali et prouinciali qui eorum tollit edifitia in feodo.

s I pr̄ hēat hēdē ī feodo q̄ nō sit heres in iure ꝓuinciali seu terrestri. illi potiori iure dn̄tur edifitia ī feodo collocata q̄z hēdi ī iure ꝓuinciali

De vasallo cui edifitia in feodo cedūt

s I dn̄s feodum ꝯferat vasallo nil excipiēdo: omnia edifitia vasallo cedunt ex quo ip̄a in ꝯferēdo dn̄s non excepit.

De testimonio cōtra iudicem fiendo.

Uicq̄d ꝯ iudicē q̄s dz ꝓbare iudicis testimonium nō req̄rat

q ¶ Ubi inculpatio altius nō ascendat. q̄z ad penā simplicem h̄ p̄t cuz duob⁹ sn̄iam solit⁊ inuenire metterti⁹ ꝓtestari. Si autē alti⁹ ascēdat: tunc scultetum ā p̄conē ꝓ testimonio h̄re optet. ¶ Qui suā intētionē ꝓbat ꝑ Scultetum ⁊ p̄conē ⁊ Scabinos Iudex tenetur ꝓbare cum ill' ꝑm qd̄ ab eis audierit v̄itatē. lz cā sibi prius fuerit ignota. Si testari noluerit Iudex. ille nihilominus sufficienter suam probauit intentionem.

De testimonio per septem testes probando

Ui cum septem testibus debet quid protestari ⁊ probare. ibi vigintiunus ꝓ testimonio debent interrogari.

De eo qn̄ reus actori defert probationem.

Bligat⁹ ad ꝓbandum si testimonium deferat soli actori op

o tet p̄stito sacr̄o testimonium ꝑhibere veritatis. ¶ Ille autē si ꝓprio testimonio fuerit ꝯuictus penā soluat iudici: ⁊ emēdam indebite fatigato. sicut ille debēt si in causa cecidisset: q̄z cōtra iustitiam ⁊ suam ꝯscientiā ip̄m cōpulit ad probādum

De viro vl' mlīere pl'es ꝯiuges successiue habēte

Ui carere vxore nō vult: ā nō pōt: ducat vnā legittime: licz

q ei tres vel quattuor: aut pl'es sint mortue. Sil'r ⁊ mulier p̄t nubē: ita q̄ cuz vltimo eq̄ sic̄ ⁊ cuz p̄mo pueros legittimos ꝓcreare pōt: ⁊ ip̄os hēdes relinq̄re in iur̄ ⁊ hēditate

De nō auferenda alicui possessione: nisi iure victus fuerit.

n Emo dz ex ꝑte iudici a possessiōe sua eijci. lz intrauerit ī iuste nisi iusta q̄rela auferatur: vbi sol⁹ pn̄s fuerit vl' si citetur ad iustum iuditiuz. ⁊ si nō ꝯpeat. tunc iusto iuditio possessiōe carebit.

De modis q̄b⁹ aliq̄s possessiōe bonoꝝ priuatur.

q Uilibet iusto mō res ꝓprias alienare pōt scz vendere: obliga

re impugnare vl' resignare: aut si censum vl' ꝑuitiuꝫ dño debitum soluē neglexerit infra annum: aut si sibi abiudicātur iure ꝓuinciali seu terrestri aut feodali: vl' q̄cunq; modo possidē desinat et carere incipit nō coact⁹ tunc talib⁹ modis caret possessor possessiōe de iure ¶ Et ob hoc nō licꝫ aliquē a possessione eijcere nisi ꝑ testes p⁹ ad rectum iudicium fuerit cittat⁹ et ꝑ sentētiam a possessione eiectus.

De eo quando iudex tenet̄ insequi spoliatorem.

s I aduersus aliquē quis ꝯqueratur sup̄ possessiōe spolij vbi spolium manifestuꝫ ostēditur Et si Judex ad hoc cuꝫ clamore fuerit req̄sit⁹. Judex tenetur statim inseq̄. et actori plenā iustitiā exhibē primum de spoliatore et d̄ eius complicib⁹ ⁊ protin⁹ oportet actori restituē spoliata. nisi reus ꝑ iustitiam restitui prohiberet Hoc est: si ille super quem querulatum est Jure nō contradicit. et vbi Judex actori satisfacere noluerit: aut nō potest satisfaciat ei: cum Rex primum Saxoniam intrabit si querela sit testibus ꝓbata. al's Rex sibi iudicare debet: cum primo Saxonia venerit. Ita tamen q̄ querela ab eo Jure protestatur.

De tempore renouande monete.

m Oneta denariorum debet renouari: quando nouus domin⁹ dominium susceperit in curam.

De puniēdis his apud q̄s falsa moneta inuenit̄

s I solum denarium falsum exponit monetarius forisandi et emendi causa reus est manu truncari. ¶ Qui ius suum demeruit seu ammisit in furto vel in spoliō: si tres denarij falsi inueniantur apud eum: reus ē capitis. nisi ostendere poterit a quo denarios recepit seu possit ponere venditorem. ¶ Qui in Jure suo perfectus est. si apud eum vnus solidus denarioꝝ falsoꝝ inuentus fuerit. denarios ꝑdidit et nō plus. ¶ Si vero plures habuerit. manu truncatur: si nō habuerit illum a quo recepit eosdē. ¶ Si monetarius proprios denarios falsificat: ⁊ non tenet monetam: more debito nemini potest falsitatem opponē vnde ei satisfacē teneatur. ¶ Denarios debet monetarius ꝟuare librabiles: et eque graues et eque albos. ¶ Nulli licet monetā: vel forum eleuare: vel exaltare sine licentia principis. in cuius dominio locus consistat. et ille p̄nceps seu Rex cirotecam mittere debet in signum consensus sui et libertatis. ¶ Denarios etiam nō licet alicui alijs denarijs similes facere: nisi scripti sculptura dissimili designētur. ¶ Quando denarij ꝓhibētur seu interdicuntur: postea licet duabus septimanis cum hisdem denarijs debita persoluere: et pignera redimere sine culpa.

¶ Si quis emat denarijs interdictis: licet monetario ipsos infringere: ⁊ fractos restituere: ⁊ non retinere.

De solutiõe thelonei tam aque: q̃ pontis: per diuersos: et qui debẽt esse liberi: et de conductu.

q Ui põtis vl' aq̃ theloneum nõ ꝑsoluit quadruplo punietur. Theloneum autẽ forẽse nõ solutum. xxx. solidoꝝ penã infligit. ¶ Quattuor pedites solum vnum soluunt denarium. ¶ Eques dimidium denariuz soluẽ tenetur. ¶ Curr⁹ onerat⁹ vn⁹ in eundo ⁊ redeundo. q̃ttuor nummos soluat. h̃ datur ad nauigiuz aquaꝝ. ¶ Sed in theloneo põtali medietas p̃dictoꝝ. ¶ Clerici: ⁊ milites: ⁊ eoꝝ familiares a theloneis sunt excepti ⁊ liberi. ¶ Qui libet etiam eq̃s vl' pedes aut in curru vel vehiculo liber est a theloneo: si naui nõ indiget nec ponte: nec de iure dz soluẽ p̃cium de ꝯductu cui placet corpus ⁊ res cõmittere fortune. ¶ Qui alijs p̃bz cõductum: ip̃os p̃caueat a dãno: qđ si nõ fecerit oꝑtebit eum omnia ꝑdita resartire. ¶ Curr⁹ vacuus dimidium soluit theloneum onerati. ¶ Dimidius etiã curr⁹ sic̃ biga etiã dimidium. ¶ Qui vias vetitas in agris ierit alienis: denarium soluet a q̃libz rota: ⁊ eq̃tãs dimidium: dãnum etiã soluat si terra fuerit seminata ¶ Per h̃ etiam al's si segetes desup̃ fuerint: lz viatores inuadere ⁊ impignerari: q̃ si pign⁹ ⁊ vadium iniuste defendunt ⁊ ꝓhibẽt cuz clamore poterint detineri: et tunc oportebit reum pro clamore tres solidos persoluere et pro vadio satisdare.

De clericis militibus ⁊ coruz familia

De loco aquoso: vbi de iure ñ debz solui theloneum.

De faciente nouã viam in alienis agris.

De penis horum qui in alioꝝ aquis piscant̃: prata falcant: ⁊ ligna incidunt. vel limites mouent.

q Ui ligna vel herbas inciderit alienas: aut ĩ aqua pisces ceperit aliena. excepto mari ⁊ fluuijs magnis. In tribus solidis satisfaciat ꝓ emenda. Nihilominus damnum ꝟm formã iuris ꝑsoluẽ tenetur. ¶ In stagnis autẽ qui piscatur: ⁊ arbores plãtatas inciderit. aut insertas: aut etiã fructiferas: vel fructum decarpserit in arboribus plantatis: aut lapides effoderit: qui ꝓ limitib⁹ positi sunt. xxx. solidos exoluat. ¶ Si in facto fuerit deprehensus licet ip̃m impignerari. ac inuadiare: ⁊ etiam detinere sin̄ licentia iudicis ⁊ ꝯsensu. ¶ Qui đ nocte prata: herbas falcatas. aut ligna secta subtraxerit. reste punietur. Sed qui de die crinibus ⁊ cute. ¶ Aqua fluminis ⁊ fluens impetu libera est: ⁊ esse debet ad remi-

gandum ⁊ piscandum. Tamen oportet littus appreciare: quousq; vno passu extra nauē de littore passare possit: al's lz piscatori vti solida in spatio q̄tum poterit naui exiēs annexa rippa passare.

De rebus in flumine per aliquem repertis.

s I autem per aquam defluit substantia aliena seu bona: reddi tenentur illi cuius fuerant si iure debito repetat ea. deniq; ostendat esse sua: ⁊ expensas circa ipsas factas iuxta estimationem proborum hominum persoluat. ¶ Inuentor autē: si ille nō apparuerit cuius bona fuerint debet ipsas propalare ⁊ indicere publicando: et per sex hebdomadas seruare. Siquis autem ip̄as quesierit: illas fateri debet: si negauerit ꝓ furto habetur. Sed ipso negante si inuente fuerint. idem penam soluat et emendam: quia ipsas furtiue celauit. Furtum autē tale non est ꝙ sibi in vita noceat. aut in membrum vel in honore: quia nec per furtuz: neq; ꝑ spoliuz res ipsas a possessione veri domini excepit.

De vendicatone bonorum: non per agnationem: sed promissionem.

q Ui sibi vendicat hereditatem non per agnationem: sed per promissionem hoc pro iniuria et iniustitia reputatur. nisi fuerit coram iudice confirmata promissio.

De successione post sententiatum.

b Eres (per sententiam interfecti. al's sententialiter ad mortem iudicati) in hereditate succedit.

De successiōe post eum qui sibi ɔsciuit mortem.

s I mortem sibi quis ingerat heres eius in bonis succedit

De furto et spolio vago.

f Urtum aut spolium sub quocunq; inuētum fuerit: debet a iudice per annum ⁊ diem seruari: si nemo interim sua repetat. et nec hoc testimonio probauerit. Iudex ipsa in vsus suos ɔuertat ¶ In possessiōe delinquit vbi res alteri⁹ quocunq; modo inuentas possidet. Que vero domino non recedunt: etiam si possessor fuerit morte puniendus.

De pēa illi⁹ q̄ ſuū alteri⁹ ꝑcutit vl̄ capit ā ſpoliat.

f Amulum alienum ſi q̄s ꝑcuſſerit leſerit captiuauēit aut ſpoliauerit nō aliterq̄ ꝓ domini cl̄pa idē ꝑcuſſor iuſte ſatiſfatiat vtriq̄. niſi iuret ꝙ ad damnuz domini vl̄ ad dedecus hoc nō fecerit. ſic euadet vnam emendam. dedecus dico ſi nō ſui cauſa: ſed cauſa domini verberetur. damnum dico ꝓpterea qd̄ ſi ita grauiter leſus fuerit ꝙ occaſione v̄berum. dn̄s careat obſequio ſeruientis. tunc oportet leſorē. dn̄o ſupplere defectum. ſicut deberet ſeruiens ſi ſine cauſa ſeruiens domini exiuiſſet. ¶ Qui captiuat ſuum: ille reſpondere tenetur. omnibus ſuis dominis. ⁊ omnibus agnatis et vxori ſue. ſi ſup̄ fuerit ꝯuentus. interim ꝙ eum tenet in vinculis.

De facto manifeſto et de rebus apud aliquem inuentis et Jure arreſtatis.

r Es dicitur manifeſta ſeu factuz manifeſtuz vbi quis cōprehenditur in facto vel in fuga poſt factum. aut qui ſeruat furtum aut ſpoliuz in ſua poſſeſſione. ¶ Quicunq̄ furtuz aut ſpolium ſuuz ſequēti die. ſub aliquo inuenerit. et ille. res ipſas apte emerit. et non oculte ſuauerit. et ſi hoc teſtari poteſt. illi non poteſt hoc ꝓ manifeſto ſcelere reputari. niſi prius ius ſuum perdiderit ammiſeritq̄ ex culpa. ¶ Sed hoc cum licentia iudcis poteſt res. et ip̄a bona arreſtare ⁊ cape iure ¶ Si autē res illas reus voluerit ꝓhibere. anteq̄ ad iudiciuz reducātur. actor dicat ei ꝙ ad iudicium reuertatur. ⁊ ſi noluerit clamorem excitet ſuper eum ⁊ ip̄um capiat tanq̄ furem quaſi factum ſit manifeſtum quia reum pena ſe fecit ꝑ fugam. Si vero ille reus ſponte veniat ad iudiciuz volens ſe Jure intromittē de ſuis bonis poteſt ſibi res ſuas attrahē. ſi panni fuerint. ⁊ dixerit. eos ī domo ſua feciſſe. Si equ⁹ vl̄ alia al̄ia fuerint: q̄ dicat in ſuo ſtabulo nutriuiſſe poſſeſſor iure maiori: ſacramēto proprio ⁊ duoꝝ vicinoꝝ al̄s metterci⁹ res hmōi obtinebit q̄ actor ille q̄ arreſtauit ¶ Si āt arreſtat⁹ dixerit imp̄mis. ꝙ in foro publico ⁊ cōi res ſup̄ eum inuētas emerit ſed ignorat a quo tunc innocēs erit a furto. ſi locum oſtendat: et ſe expurget proprio ſacramento. pretium autem perdidit ꝓ quo talia cōparauit: ⁊ ille ſua repetit que ſibi fuerint furtim ſublata: ſi ſua eſſe probauerit proprio ſacramēto: et duorum in Jure ſuo perfectorum. qui hoc iurent ꝙ iſta ſibi per furtum aut ꝑ ſpolium ablata fuerint. Si dicat ꝙ hec ſibi ſunt data ponat datorē qui donum recognoſcat. et ſit liber. ſi dicat ꝙ emerit ponat venditorē qui forum publice fateatur. et locum fori: et iuret ꝙ ad ſuum venditorez recte ꝓcedat. Igitur ſequetur ip̄m q̄cunq̄ ierit

infra duas hebdomadas sed non vltra flumina nauibus apta. Si vēditor fateatur optet vēditorē loco ipsius ꝓpositum respōdere. Si insufficienter sit rñsum: ita q̄ deficiat in respōsiua venditorum. tunc a causa decidet cum pena ⁊ emenda. ¶ Si forte furtuz vl' spolium in hīs sibi apponatur p ius se defendat. ¶ Si actor ille arrestans ꝓdiderit: etiā cum pena ⁊ emenda a causa cessabit. ¶ Potest reus, cum re furtiua ad multos accedere venditores: sic q̄ vnus se trahat ad alium: donec ad illuz veniatur. q̄ se dicit animal in suo stabulo educasse, si eq̄ vl' alia aīalia fuerint. Si sint stamina, ad ipa applicet se actor cum testibus duob⁹, al's mettertius. Si defitiat in ꝓbatiōe, ille sb̄ q̄ fuerint inuēte res ⁊ arrestate fiat ipas in sua ptāte donec ab ipo iure p iusticiā fuēint acq̄site ⁊ euincte ¶ Req̄sit⁹ inuētor si inuentā rē negauerit furtiua censetur. ¶ Quicquid aliq̄s inuenerit aut furibus abstulerit: aut spoliatoribus: hoc dz suis vicinis oīdere ⁊ in ecclesia publicare. Si venerit eaz verus dñs infra sex hebdomadas ⁊ suo sacro: ⁊ testium duoz, al's mettertius suas res esse ꝓbauerit, et expēsas soluerit, ei quieas fiat si sint animalia qd̄ suum ē recipiet. ¶ Si actor maneat sub alia iurisditiōe, ereptor tertiā ptē retinebit. ¶ Si autē infra sex hebdomadas veꝛ dñm se nullus ostenderit predictarum rerum ereptor seu ablator reseruata sibi parte tercia duas iudici presentabit.

De dāno p negligētiā facto ⁊ ō leso int' sagittādū

Si dānum fecerit vicinis ⁊ alīs hominib⁹ p negligētiā scz
q p ignē aut puteum improuide circumseptum: dānum solue tenetur: aut sagittando á ꝓiciēdo hominē á armentuz duz advolucrem intēdat si moriatur lesus, reus in mēbris aut vita non punitur, sed oportet ꝓ eo soluere recompense estimationem.

De sbtrahēte ānonā ⁊ ō viatore: ōpascēte ānonā

Si nocte annonā sbtrahit re⁹ē suspēdio Si in die, pena capi
q tali. ¶ Si pascit viator equum in campo, ⁊ de annona aliena recipiat, ⁊ extra cāpum nō deducat, dānum soluat fm an

De seruis et dominis. (none valorē.

Emo tenetur ꝓ huiēte seu famlo vlteri⁹ rñdē, q̄z ipi⁹ pciū se
n extēdit, nisi ꝓ eo fuerit fideiussor. ¶ Si dñs huuz añ terminum repulerit absq̄ causa, plenum sibi precium psoluat.

¶ Si seruiens motu ꝓprio a dño recesserit, soluat ei q̄tum sibi dominus ꝓmisit in precio: ⁊ qd̄ ō precio recepit restituet ei in duplo. si duxerit huiēs vxorē: vl' tutela ad ipm deuenerit cognatoz q̄ sunt infra annos discretionis, tali licz dñi seruitium exire ⁊ pciū obtinet

qd̄ ꝑm cursum tp̄is deseruiuit. si plus recepit: h̄ restituet sine pena

De cane vl' equo aut alio aīali qd̄ hoīem aut alid̄ aīal leserit aut occiderit ⁊ alijs ex hoc ꝯtingētib⁹

c Uius canis vl' equ⁹ aut vrsus vl' bos. seu animal alid̄ hōiem occiderit ā vsum mēbri abstulerit: seu pec⁹ alid̄ vulnerauēit dn̄s tenetur dānum recōpēse soluē vl' valorē. Ita tn̄ si dein ceps. hoc in suā recipit curā ⁊ possessionē. postq̄ dānum fecisse ꝑce pit. Sz si statim eiecerit ip̄m ⁊ nō in domo vel in curia ꝯuauerit: ⁊ n̄ pascat neq̄ potat. innocēs est a dāno. Tunc ille se de eo ꝓ suo dam no intromittat si vult. ¶ Nullum al' brutum pōt ex suo facto penā pecuniariā erga iudicem demereri. Equus autē ⁊ pec⁹ si dānum fe cerint in custodia ꝯuiētis. ā familie. ille rn̄dere tenetur sb̄ cui⁹ custo dia hoc euenit. ¶ Si autē fugerit custos: eq̄ vero seu alia animalia ⁊ currus detēta ⁊ arrestata fuerint in manifesto: ⁊ h̄ possit ꝓbari. extē ille cui⁹ sunt pecora damnum integre restaurabit: ⁊ hoc si non poterit ꝑ ius se eximē vsq̄ ad valorē equoꝝ animalium ⁊ curr⁹. vl' his omnib⁹ carebit. ⁊ lesus hec omnia retinebit ꝓ dāno. ¶ Si cu iusq̄ porci vel anseres annonam destruunt alienā q̄ nō pn̄t includi. seu impignerari si canib⁹ expellantur ⁊ morsibus vulnerantur: aut etiam occidantur canum dn̄s ⁊ annone remanet absq̄ culpa.

De pena iudicē cōcernente quō ipsam extra hat. ⁊ de bonis que duo sil' sibi vēdicāt ⁊ d̄ hereditate

v Bi iudex suā penā extrahē nō pōt in ꝓprio alicui⁹. p̄co debz crucē ponere sup̄ portā. ꝑ illā em̄ dcm̄ ꝓpriuz ad op⁹ iudicis insignitur. Si dn̄s illi⁹ ꝓprij. ip̄m de manu iudicis nō eximet: infra annum ⁊ diez oē ius qd̄ habuit in ipso abiudicatur ipsi domi no. Si postea infra annum ⁊ diē veniet heres illi⁹ in iuditio. ⁊ se ad suā applicet hereditatē ꝑ sacr̄m vt iustum ē ⁊ debituz soluat iudici qd̄ iudex suo sacr̄o. ⁊ duoꝝ ꝓbare pōt. al's metterti⁹ ī iuditio heres ꝓprium sic req̄rit. Nec vlteri⁹ debituz ꝓbare poterit iudex in hoc ca su q̄ penam triplicem aut solam recompensam.

De duobus pro vnis bonis contēdentibus.

q Ui aduersus alium conqueritur: q̄ sibi auferat bona que si bi vterq̄ vendicat in feodum a diuersis dn̄s vterq̄ tenetur illum quem sibi dn̄m inuocat in iudicio statuere: ⁊ q̄ vicerit possessor manebit ⁊ cui⁹ dn̄s nō apparuerit. ille cadet in cā. si nō ip sum legale impedim̄tuz excuset. qd̄ possit on̄dere ¶ Principes tn̄

Quō p̄ncipes in cā bonoruz tueantur suos vasallos.

ab eictiõe tutare possunt vasallum suum quẽ dñt p lr̃am patẽtẽ si gillatã missam sibi p ministerialẽ innatum q̃ bona ip̃a loco ipsoꝝ in iudicio tueãtur, hec lr̃a debꝫ oñdi, reo in testimonium q̃rele, si postmodum indigebit. ¶ Actor ꝛ reꝰ si se ab vno ꝛ eodẽ dño tenẽ feodum fateãtur, coꝛã illo tenetur vterq̃ pariter ꝓparere ad sex hebdomadas. Judex vo tenetur duos nunctios trãsmittẽ, vt audiant q̃s boꝝ obtineat aut q̃s pdat. Qui pdit soluit iudici penaꝫ, ꝛ aduersario emendã. ¶ Si dicat vnꝰ eadẽ sibi bona foꝛe feodum, ꝛ alter in ꝓpriuꝫ sibi ea vsurpat, si eoꝝ ꝓbatiões sunt eq̃pollentes, fauoꝛabilioꝛ est ps ꝓprietarij ad obtinendum cuꝫ duoꝝ testimonio scabinorum q̃z alterꝰ p feodo. ¶ Proꝑetas hereditaria potiꝰ ius obtinet q̃z emptitia vl̃ donata. Qui bona possidet q̃ete p annum ꝛ diẽ absq̃z aliq̃ iuꝛis ꝯdictiõe, verꝰ efficitur possessoꝛ. Qui ãt ꝑm ius sup bonis aduersus aliquẽ ꝓq̃ritur q̃diu, post hec eadẽ possidꝫ violẽter: nunq̃z in eis verꝰ possessoꝛ efficitur: dum nota q̃rela poterit p testes oñdi. Qui scõm successionẽ bona possidet aut p successionẽ q̃ nulli abstulit: emolimentum inde receptum, ostẽdere nõ optet, si ab eo dcã bona iudicio euincantur q̃diu ꝑ ipsis iura ꝺebita nõ negauit. Qui mr̃i: aut nepti in suo feodo: aut vite, pusiõe ꝓprietatẽ ꝓtradicit alꝫ sibi vsurpare ꝓpriũm voluerit: optet ipm p sex liberos idoneos: ã scabinos hẽditariã possessionẽ ꝓbare: vl̃ in cã succumbet: si ĩ ꝑ testatiõe ꝺefectuꝫ patietur. ¶ Aduersus quẽ ĩ facie ꝓqueritur aduersarius in iuditio: si cepit fugã ꝓuictus est in causa. Sed si, p violentia sit inculpatus: statim ꝺebet proscribi.

¶ De his qui arant et seminant agros alienos. Item de pecoꝛibus dãna in segetibꝰ facientibꝰ.

q Si arat agros alienos insciꝰ: vl̃ q̃s alter sibi ꝓmisit: si repꝛehẽsus fuerit in arãdo laboꝛẽ suum ammisit ꝛ pdidit: si agros req̃sierit ꝯdictoꝛ. ¶ Ille ãt q̃ sibi ꝓtulit agꝝ recõpẽsare ꝺeꝫ laboꝛẽ: q̃ seminat eosdẽ sb̃ interdicto: semina pdidit ꝛ laboꝛẽ. Quicq̃d seminauerit añ q̃relã: semina r̃tinet. ꝛ cẽsuꝫ soluet terrã obtiñti ¶ Qui seminatos agros alterꝰ ꝺenuo arat: dãnum sibi soluet ꝑm ius ꝛ emẽdã. Qui in herbas alienas ꝛ annonã aĩ alia pellit ꝛ pascit dãnuꝫ soluet ꝑm ius ꝛ emẽdã ĩ tribꝰ solidis. ¶ Si ãt pñs nõ fuẽrit ille cui pecoꝛa dãna inferꝛ. ꝛ si ipignerata fuerunt ꝛ dãnuꝫ ꝓtinꝰ oñ datur dñs pecoꝝ ipm soluet ꝑm estimatiõeꝫ vicinoꝝ, et si plẽs sint dñi, cuilibꝫ dabit sex ꝺenarios, ꝛ emendã dãno soluto. ¶ Si talia sint pecoꝛa, q̃ includi nõ pñt, sic eq̃ in domiti thauri vsi vl̃ anseres

ꝛ verres: ad hoc duo viri vicini vocātur q̄b⁹ dānum oñdatur ꝛ pe
cora. euestigio sequātur ī domuz dñi sui ꝛ dānuz intimetur dño pe
coꝝ. tc̄ oꝑtebit ꝓ pecorib⁹ soluē. tanq̄ eēnt impignerata ꝛ inclusa
¶ In territorium alienum q̄ sua pellit animalia in pascua cōia. si in
uadiētur seu impignēntur sex nummos ꝑsoluet. ¶ Qui terrā tran
sierit nō aratā eundo. eq̄tādo seu curꝝ ducēdo sine dāno remanet ni
si p̄tum fuerit insig̃tum. ¶ Quicq̄d pastor in sua custodia ꝑdiderit
soluē ꝯpelletur. ¶ Si alicui⁹ in cāpo remaneat annona soli⁹: vici-
noꝝ introducta: ñ depasta fuerit: ā ꝯculcata dānum sibi nēo soluet

De pastore pe
cus perdente
De ānona vni⁹
depasta.

De dādis decis: ꝛ vñ: vl' d̄ q̄bus reb⁹ sunt dande.

i Dē fiet de decima: si eā accipe ꝛ inducē noluerit decimator:
ꝛ eā q̄ dare tenetur ī cāpo stare ꝑmittit: hocq̄ vicinis oñde
rit: ꝙ eā ī cāpo dimisit ¶ Al' qd̄ fetuz seu catuluz ꝑturit vbi
d̄ vespe ad hospitiuz r̄currit: ibi dz suo tpe deciaē ¶ Annona d̄cima
tur in cāpis: aīalia in vill' in q̄libz domo in q̄ nascuntur. ¶ Cuncta
animalia decimātur p̄ter gallinas. Curia spāl' ꝛ dom⁹ in horto: ꝛ do
mus singulariter inhī tata nōie decime: soluit vnā gallinaz in festo
beati Martī Ubi decima soluitur in cāpo: decimuz capete dabitur
eq̄ bonum altero: vl' decim⁹ manipul⁹. ¶ Introducē volēs suā an
nonam: hoc intimet decimatori. si in ip̄a villa fuerit ā ī agro. ꝙ si de
cimator nō curat: decimet ip̄e sic̄ suum diligat saluare ꝛ sb̄ire sacr̄m
ꝛ duob⁹ vicinis oñdat ꝛ in cāpis ip̄am decimā stare ꝑmittat. sic ēit
indēnis si distracta fuerit ā destructa. In mlt̄ ēt loc̄ soluuntur ca-
petia in numero nōie decime. ꝛ d̄ q̄libz curia quā intrant oues: vn⁹
agn⁹ datur ꝓ grege ouiuz. Si soluatur decima. vt dcm̄ ē capetib⁹
p̄taxat̄. ibi dz ligamē manipuli inter duos nodos vni⁹ cubiti lōgi
tudinē obtinē in annona hyemali. Qui scd̄m ꝯsuetudinē decimam
soluit: bñ soluit. De apib⁹ autē ꝛ cunct̄ animalib⁹ decimaz accipit
decimator d̄ anno in annū: si voluerit expectare donec sibi de iure cō
tingat de domo soluente. ꝙ si noluerit expectare decimā accipiet in
ꝯpēsatiōe. ¶ De pullo eq̄ aut muli nummum: d̄ vitulo: asello: edo
agno: porcello: obolum: ꝛ hoc si sint q̄nq̄ vl' pautiores. Si āt sint
sex vl' plures: decimator accipit vnum sextuz al' absolute: duob⁹ de
narijs r̄dimēdo: septimuz trib⁹ obol'. octauuz vno denario: nonuz
obolo al's medio denario. Dñs animaliuz duo capita eligit int̄ sex.
Tria ī ter nouē: p⁹ ea d̄ciator vnuz: sil'r d̄cimātur pulli āseꝝ ꝑ q̄rtas

De legib⁹ domoꝝ: curiaꝝ: ꝛ areaꝝ sibi ꝯtiguarū

n On lz cuiq̄ extēdē tectuz suuz sup areā alienā ¶ Sepire etiā
tenetur q̄sq̄ suā ꝑtē sue curie: que sibi ꝯtingit: q̄d si nō fecerit

⁊ ꝑ hoc dānum vicinus incurrat. ip̄m soluere compelletur. ¶ Nullum etiam licet ramos arboꝝ trāspēdē ad curiā alteri⁹ in dānuz sui vicini. ¶ Si āt lapides ā arbores metales seu limitales sibi ponē voluerit ad t̄minos distinguēdos vicinū sibi tergū ad h̄ fctm̄ vocet ¶ Qui curiā suā sepit v̄gis finē ip̄aꝝ grossiorē interi⁹ implicet. et nō extra. ¶ Furn⁹ seu fornax: Cloaca ⁊ ara porcoꝝ trib⁹ pedib⁹ distent a sepe. ¶ Caminum ⁊ furnuz tal̄r ꝓtegat ⁊ circumliniat q̄uis p̄familias ꝙ vicinis nō noceāt scintille vsq̄ ad terram. ¶ Cloaca erga curiā vicini v̄sa seu locata: dz eē clausa ¶ Cum se implicat humul⁹ sepi: q̄ radices hz infra sepē: q̄tuz aliq̄s vicinoꝝ sibi attrahere pōt ꝑ sepē: suum ē: ⁊ qd̄ extra remanet: est vicini.

De edifitijs censualis hominis

q Uicq̄d hō cēsual' edificat in terra aliena: pōt deducē cuz recēdit: ⁊ heres ei⁹ p⁹ mortē ip̄⁹: sepib⁹ exceptis: añriore vicz ⁊ posteriore. Domum āt ⁊ alias res: redimat dn̄s ad estimationē vicinoꝝ. Q̄ si noluerit: ille ducat vnuz cum reliquo.

De grege ⁊ aīalib⁹ pascēdis: ac d̄ pastore gn̄ali.

d Omi nō ꝟuētur añialia apta pasci ꝑ pastorē: p̄ter porcellos sugentes: ⁊ hij custodiri dn̄t ac ꝯseruari ne dānum faciant. ¶ Spālē nēo dz h̄re pastorē: vt ꝑ hoc p̄cium pastori minuat gn̄al': nisi tres hēat curias: ā pl'es: aut feoduz in eadē villa: tali lz oues pascere singillatim ¶ Ubi p̄cium pastori ꝯstituitur a curijs: ⁊ nō a grege: illud nō lz denegare: ne villa maneat absq̄ pastore. ¶ Qd̄ pastor expellit a villa: dz impellē: ⁊ qd̄ ꝑdidit: exoluē tenetur. ¶ Si lup⁹ aliq̄d accepit: ā spoliator: pastor tenetur inseq̄ cum clamore: ita ꝙ hoc possit ꝓbare. Hoc nisi fecerit: remanet in dāno. ¶ Si al' vulneratum: aut lesum siue morsum fuerit in mēbro: aut ꝯculcatum: pastor inculpat⁹: dz statiz pecus ⁊ al' illud qd̄ fec̄ damnum: nōie demōstrare: ⁊ si necesse fuerit: sacr̄o ꝓbare. Tc̄ cui⁹ ē al' dz lesuz tādiu ꝓcurare: donec curatum pasci valeat a pastor̄. Si v̄o moriatur: ille dānuz reddet ꝟm estimationē a vicinis taxatā. ¶ Si imponatur pastori: ꝙ in villā al' vespe nō induxit: qd̄ mane eduxit: si ꝯ hoc iurare p̄sumat: liber erit. ¶ Cui⁹ al' domum nō redit: ⁊ q̄situm nō appet: si sb̄ testimonio duoꝝ vicinoꝝ statim sup hoc pastorē inculpet: pastor nō poterit euadere sacr̄o: sz exoluet al': ꝟm valorē. ¶ Si dixerit pastor: ꝙ añ eum nō fuerit minatum: actor potius debet testimoninm duorum: qui animal viderunt minari: damnuz euincere: q̄z pastor possit euadere.

De p̄cio pastoris.

De lupo ⁊ spoliator̄ aliquod pec⁹ rapiente.

De animali cōculcato.

De ꝓbatiōe ꝑditi animalis.

De laudo villarum per maiorem partem inuento.

q Uicquid Scultetus ad vtilitatem ville disposuerit cum arbitrio et consensu plurium vicinorum. hec minor pars non poterit immutari

De villis que locate sunt iuxta aquas.

q Uecunque ville iuxta aquam situate fuerint. et obstacula habent. que per diluuio custodiunt extunc quelibet villa debet suam partem stagni integram firmare et conseruare: ne forte per negligentiam vicinia submergatur. ¶ Si vero inundatio venerit et aggerem stagni rumpi contingat omnes qui ad reparationem clamore fuerint aduocati. si non venerint ad claudendum. perdiderunt quicquid hereditati possideant. infra stagnum. ¶ Quicquid aqua abluit aut euellit de terra. hec perdidit cuius erat. ¶ Item si vis fluminis nouum faciet meatum et alueum per agros alicuius sibi hec non perdidit possessor ¶ Si fluuius insulam fecerit in arena rippe viciniori pertinebit. Si autem insula eque distat a rippis. communis erit vtrique littori. Idem fit de alueo et palude si siccetur: licet multis dominis pertineat hereditas vna. ita quod vnus ab alio teneat. quicquid aliquis in illa deliquid satisfaciet possessori et non alteri.

De quo sup folio. viij.

De bonis per mortem alicuius relictis et in feodo deseruitis.

b Eredem feodalem si non habeat quis in morte heres ipsius in iure prouinciali recipiet. quicquid deseruiuit in feodo.

De redditibus quando aliquis eorum sit deseruitus tam in decimis quam negotio tutorie seu feodi: et de homine censuali.

s I vis scire quando quid fuerit deseruitum. Scias quia in festo. b. Bartholomei. omnis census quem aliquis pro alio soluere tenetur in pensione est deseruitus. In festo sancte Ualpurgi. alias sanctorum Philippi et Jacobi decima agnorum est deseruita. In assumptione beate virginis marie decima anserum seu aucarum. In festo sancti Johannis Baptiste omnis decima carnium vbi decima denarijs redimitur annuatim. vbi autem non redimitur. ibi quando pecus nascitur. est deseruita. In festo beate Margarethe cuiuslibet annone decima. vel quando cumulatur annona tunc etiam est decima deseruita. In festo beati Urbani decima vinearum et pomeriorum arantis semina cum harpica de campo recedit. Ortus cum fossus et seminatus fuerit ac rastratus. ¶ Pensio seu census molendinorum et theloneorum et monetarum et etiam vinearum soluendus est cum terminus aduenerit huiusmodi solutionibus assignatus.

Juris ciuilis Magdemburgensis

De censibus et redditibus puero solui debitis.

Si attingat puer annos discretionis aĩ diẽ cẽsus: censum recipiet. Si aũt post censum illius anni ad annos puenerit tunc censu eiusdem anni carebit. ¶ Hoc ideo dico qr si dominus vel aliqs ex parte sui hortos pueri aũt vineas aut pomeria coluerit aut tradiderit ad colendum vsqz ad festum beati vrbani et puer ad annos nõ puenerit: seu peruenerit sed post terminum dñs recipiet fructum. ¶ Si etiã dñs agros pueri seminauerit infra annos dñs fata recipiet sed non stipulas nec sarramẽta qbus alligantur vites qr fixa sunt in terra et vitibus alligata. Nec ligna pueri licet incidẽ nec prata falcare. Post qz puenit ad ãnos. Si puer annos attigerit aĩ terminum solutionum: dñs laborẽ pdidit. qr puer nil sibi restituet. nec dñs puero nec eius heredi. Post qz tale emolumentum ad ipm iure dñi fuerit deuolutum

De tpe: cẽsuali per dominum fundi ab agro ammouendo: intimando: et conuerso

Si censualẽ dñs fundi ab agro voluerit ammouere q ad fundum nõ ẽ natus. hoc ei in purificatiõe beate vginis Marie tenebitur intimare Idẽ faciet dño cẽsualis si in fundo noluerit residere: seu agros dimittere voluerit. Si moriatur censualis. heres eius succedet: tã in fundo qz in censu. in morte dñi censualis censum ei⁹ psoluet legittimo successori: et alio non indiget inuestitore: nisi in suo aratro.

De eo qui alteri cedere debeat ex duob⁹ ogrediẽtibus in via: vl' i ponte. Et de prioritate molẽdi.

Trata Regia tante debet esse latitudinis: q curr⁹ alteri cedere valeat: et min⁹ oneratus grauiori expedite: vacuus cedet onerato: eques cedat curru: pedester ãt equiti: si venerint in locum strictum artumqz: vel ad pontẽ. et agitetur eques: vl' pedes: currus stare dz: tãdiu donec pertransierint. Currus primo pontẽ ascendẽs pus trãseat: siue sit vacu⁹: siue plenus. ¶ Prim⁹ etiã veniẽs ad molẽdinum: dz pmo molere: excepto dño molẽdini

De eo qui pmo molere debet.

De rebus impigneratis: de vnius in alterius possessionem trãseuntibus'

Si cõcedit: aut impignerat equos: aut vestes: seu q̃cunqz mobilia quocunqz modo: et sponte. talia desinit possidere.

¶ Si vero ille nouus possessor omnia vēdat: aut impignerat: aut deludat aut sibi per furtum subtrahētur: aut ꝑ spolium aufferātur primus q̄ concessit eas: aut impignerauit: a nullo poterit ipas euincere: nisi ab illo tm̄: cui ipas spōte ꝯcessit: aut voluntarie impignerauit

De locis ad venādū aptis: et de mō venādi

Quando deus hominē ad ymaginē ⁊ similitudinē suā formauit seu creauit. tunc pisces ⁊ volucres: feras: ⁊ omnia animalia sibi subiecit. Et ideo testimonium habemus a deo: ꝙ nemo de iure in vita: aut mēbris debet pro huiusmodi mutilari.

¶ Tria tn̄ sunt loca in Saxonia: in q̄bus sub bāno Regio feris securitas ē concessa ⁊ indicta: vrsis. lupis: ⁊ vulpibus exceptis. Et hec loca vocātur merice. siue silue bāno regio interdicte: seu gaija bannata. primus locus Coijna. scd̄us Brzijna: quem alij vocant inbrat. tertia merica virginum ē vocata. ¶ Qui feras in istis occidit: soluet bānum Regium: h̄ ē sexaginta solidos. ¶ Qui dictas siluas transire voluerit: vt viator: arcus ⁊ balistas minime tēsas. et faretras deferat obseruatas succinctos ⁊ sagaces in cordulis colligatosq; canes alios: alios ducat inuicē copulatos. ¶ Si autem venatur fera extra loca predicta: et canes feram extra inuentam in loca prohibita exagitāt pellēdo: dictus venator licite ferā inseq̄ p̄t absq; clamore et absq; tube clangore: ne canes hortentur: seu excittentur. capta tn̄ fera canes suos absq; culpa poterit conuocare.

De ꝓhipitiōe cōculcādi segetes.

¶ Nemini licet segetes venando ꝯculcare: postq̄ se erexerint: ⁊ ī nodulos se preparāt ad culmum.

De pena per illum soluenda: qui animal dānū tacite inferens alicui seruauerit

Qui canem seruat tacite mordentē: seu lupum domitum: aut ceruum: aut vrsum: aut simeam: soluē tenetur q̄cquid dāni fecerit si probetur ¶ Si post factum eiecerit hmōi animal a sua procuratione: volens euadere per hoc dānum: nihil sibi ꝓdest: si dānum sustinens cum duobus testib⁹ al's mettertius iurauerit ipm̄ vsq; ad horā: illud animal seruasse q̄ dānum illatum fuerit.

¶ Si autem canem: vrsum: vel aliud animal: se ledere volens q̄s occiderit hoc modo non cōpellitur ad emendā: seu satisfactionem si iurare presumat ꝙ ad hoc ipsum cōpulerit. feritas interfecti aīalis. al's ꝙ hoc fecerit se defendēdo. ¶ Qui feras indomitas fouere voluerit extra siluam banni: ille locum ipsis sepiat cōpetentē ⁊ ꝟuare eas debet sub sua custodia.

Juris ciuilis Daijdemburgensis

De querelis: et non procurationibus mulierū: et quare nulla earum poterit esse prolocutrix

n Ulla mulier potest esse prolocutrix: neq; absq; mundiburdio alīs tutore querulari, hoc perdidit eis Calefurnia: q̄ corā Imperatore dissonum fecit in ira: alīs inverecunde egit pre furore, eo q̄ sua voluntas non potuit ꝓcedere in prolocutione.

De actibus et officijs virorum

v Licq; potest quilibet vir aduocare: proloqui: testari: cōqri et etiam respondere: preterq; in iudicio: in quo ipse autoritate Regia fact⁹ fuerit illegalis. In spirituali etiam iudicio talia facere non poterit: si sit excōmunicatione ligatus. ¶ Mulier z virgo violēter oppresse: cum clamore corā iudice cōquerantur: ꝓpter vim quā ostendunt in crimine manifesto. ¶ Capti ī furto vl̄ in spolio: coram iudice debent sisti cum clamore. ¶ Qui etiam violatorem in crimine interfectum ante iudicē deferat. Actor cum clamore conqueratur. ¶ Aliq̄bus rebus spoliat⁹: si sciat quo res deferantur: cum clamore debet incitare iudicem: si vult vt Judex sequatur ꝓpter factum manifestum. ¶ Ubi āt crimen non fuerit manifestum: actor debet conqueri absq; clamore: si absq; damno voluerit permanere.

De querelis mulierꝫ oppressarꝫ.

De querelis ꝑ captos vel interfectos in furto vel spolio.

De puero annis discretionis carente: aliquod maleficium cōmittente.

p Uer infra annos discretionis non potest taliter delinquere q̄ in vita puniatur. Si interficiat: aut debilitet: tutor pueri de bonis ipsius satisfaciat cum emēda: et hoc si sup̄ crimine conuincatur. ¶ Quodcunq; etiam damnum fecerit: hoc dz tutor soluere: ꝑm valorem de bonis eius vt dictum ē. ¶ Si puerum q̄s occidat: plenam eius tutori emendam persoluet. ¶ Qui puerꝫ arguit: depilat: aut virgis cedit pro culpa: sine dāno manet: si iuret: q̄ sola causa correctionis ipm taliter castigauit

De occiso puero.

De castigante puerum.

De pace veteri z antiqua quā Regia Maiestas confirmauit: per quā nobis Catholicis salutis exordia: et fidei monimenta conferuntur. sine q̄ pace: nullus in hoc ergastulo: et in altera vita: ꝑt assequi pacem: quā naturaliter oēs affectamus

Unc attendatis pacem veterem. hec ē ēm pax antiqua: quā
n Regia: et Imperialis maiestas in Saxonia cōfirmauit: cū
consensu nobilium procerum: et vasallorum. ¶ Omni die
omni nocte: et omni tempore: pacem debet habere clerus: et q̄libz
religiosus: virgines: et mulieres: et iudei: in rebus et vita.
¶ Ecclesie: Cemiteria: et quelibet villa: infra suos limites: et sua
septa. ¶ Aratra et molendina: et strata Regia in cāpo: et in aqua:
pacē stabilem debent hīe: dies celebres: et tempus feriatum om-
nibus hominibus: in dies pacificos sunt statuti: ⁊ ad hoc: in q̄libz
hebdomada q̄ttuor dies: quinta feria: sexta. Sabbatum: et dies
dominicus. ¶ Quinta feria crisma et oleum consecrantur: quibus
ad fidē Catholicam: in baptismo oēs cōsignamur et confirmamur
¶ Ipso die dñs cenauit cuz discipulis suis: vbi nobis corpꝰ suuz
in cibum tradidit: ⁊ sanguinem in potum: legem nouā ꝺ inchoans
sacramento: vbi nostra salus sumsit initium Ipse etiā ascendēs ad
celos: captiuitatem nostram secum duxit captiuā feria quinta: viā
nobis apperiens diu clausam Feria sexta creauit ds hominem: ⁊
ipsa die eum redemit per mortem Sabbato requieuit dominus ab
omni opere suo quod patrauit: et post passionem in sepulchro
Sabbato etiā ordinātur sacerdotes et clerici: vt nos instruant viā
vite: et fidem Catholicam regāt. ¶ Dominica dies prima fuit. et
in ipsa resurrexit dominus: et ipsa erit vltima: q̄n in resurrectiōe vl
tima resurgemus: et ad eternā requiem cum corpore et anima: qui
apud ds bene operando gratiā meruimus perueniemus.
¶ His de causis isti quattuor dies omnibus cōmuniter pacificari
statuuntur: preter q̄z manifestis: als preter hos q̄ī facto manifesto
fuerint deprehensi: et preter hos: quos Rex fecit illegales: ⁊ illos
qui proscripti sunt in iudicio.

De violatore pacis: ad iudicium citato

p Ro pace fracta citt[at]ꝰ ad iudicium: plures secum nō ducat:
q̄z. xxx. et hij arma nulla secum deferāt: preter gladios.

De incisione annone equum pabulandi gratia.

Quus viatoris si deficiat in via: licet ei annonam incidere:
e sic remote q̄tum potest vnum pedē habere in via stando in
circuitu: aut pascat equum. Sed non licet abinde quicq̄z as-
portare.

De euasione occisoris pacis violatoris in crimine.

Juris ciuilis Magdeburgensis

Si occiderit: vel violauerit pacē violatorē: nulli satisfaciat
q sed absq; damno permanere debz; si manu septima iuret: q̄
cum leserit in crimine vl̄ fuga: qñ pacē violauit. ¶ Nemo
expelli debz a suis bonis: que possidet: nisi possessio fuerit ab eo iure
acquisita. ¶ Pacis violator debz puniri sicut scriptum est.

De tempore non portandorum armorum: & punitione contrauenientium.

Infra pacem iuratam: arma nemo portet: nisi ad obsequiū
i Regis: vl̄ tornea mēta: exceptis gladijs. ¶ Quicunq; āt cō
trauenīēdo huic cōstitutioni: ipsa portauerint: sic̄ illegales
debent puniri: als capite dñt plecti. ¶ Gladium ferre non licet: in
castris Ciuitatibus: et villis omnibus his q̄ in ipsis domicilia hñt
vel mansionem. ¶ Arma ferre licet his: qui clamorem sequuntur
pro pace fracta. quē de iure sequi tenentur oēs: q̄ annos discretiōs
attingunt. Ita q; gladios ferre possunt: nisi impedimēto legali de-
tineantur. exceptis clericis et mulieribus: et Ecclīaz custodib⁹ atz
pastoribus. ¶ Si clamorē ante Castrum aliquod insequuntur. ubi
dñt tribus dieb⁹: et tribus noctibus i expensis proprijs pmanere:
infra suum territorium: dum ille precedu pedester vel eques: q̄ cla
morem excitauit. Si autem pre debilitate vulnerum precedere: vl̄
subsequi non possit lesus. vindicta sequetur: q̄diu pacis violatorē
poterint intueri. ¶ Si fugiat in alterius iurisdictionē: & in campo
eum capere pñt: absq; accursu illius territorij incolarum captiuus
ille reducetur. ¶ Si fugiens castrum aut oppidum intrauerit: aut
villam in alio territorio. clamor innouetur. ad quem dñt Scultetꝰ
et proceres et conciues alij conuocari: q̄ tunc temporis pñt haberi
et exigi debet vt malefactor ad iudicium statuatur: et debz euocari: &
debet eis tradi in crimine manifesto: si hoc valeāt manu septima cō
probare: q; ipsum more debito sunt secuti a suo territorio in illud.
Tunc fideiussores ponere tenentur pro recōpensa rei si ipm reū nō
puniāt lege iusta. Tunc reū pmo ducēt: et pm qđ ius ē ordēnabunt.

Quādiu & quē debz insequi pacis violator

De castris imbanniendis: et pscribendis his: qui illa inhabitant: occasione maleficiorum

In quocunq; castro seruatur pacis violator contra iustitiā
1 quādo Judex cuz clamore ad hoc fuerit euocat⁹: et reus exi
gatur ad iustitiā. Ita q; hoc audiri possit in castro. Si non
traditur reus ad iudicium: castrum de iustitia imbāniatur: et oēs q̄ i

ipo sunt: protinus proscribuntur. ¶ Si vero mittunt sex nuncios iudicis ⁊ q̄rulatorem in castrum: ꝙ querant pacis violatorem: et spolium in ipso castro: tunc iusto modo euadent penā superi⁹ deno tatam: al's ꝓscribi non dn̄t. ¶ Si vero apponatur: ꝙ spolium ab eo est: ⁊ in ip̄m fuerit delatum. vel si inculpatur castrum pro preda ꝙ de ipso sit facta: vl' ad illud ducta aut exinde pulsa. hoc dn̄s castri aut eius vn⁹ burgensis seu Castellan⁹ sacramēto poterit excusare et castrum expurgare. ¶ Sed si cui Castrensi in iudicio spolium imponatur Fueritq; de eo inculpat⁹ ip̄e castruz expurgare nō poterit nisi prius solus fuerit expurgatus. ¶ Si voluerit aliq̄s Castrum conuincere per duellum illud inculpando. oportebit dn̄m castri: vl' vnum de suis Castrensib⁹: aut de Burgēsibus duellum defendē: cōtra suum parē: aut proscribitur ⁊ super eo vt iuri: est iudicatur. ¶ Cum de castro alicui imponitur ꝙ de illo castro damnum fecerit et ꝙ spoliauerit: vel q̄sierit aliquomō ad capiēdum. Oportet dn̄m castri reum in iudicio statuere ꝙ satisfaciat: vel pro castro respondeat. Quod si nō fecerit: oportebit per hoc ip̄m dn̄m respondere. ¶ Item si conqueratur q̄s: ꝙ de Castro sit spoliat⁹: sed ignoret ꝑ quem. oportet dn̄m castri a die q̄rele: q̄ contra ipsum proposita est. post sex hebdomadas rn̄dere: ita ꝙ castꝝ suo sacramēto expurget aut ꝑm ius damnum persoluet absq; pena: si a ꝯsilio ⁊ auxilio ip̄i⁹ facti sit immunis. ¶ Exeuntes aliquod castrum: ⁊ dānuz faciētes si ad castrum non redierunt infra diem ⁊ noctem: ⁊ spolium ante castrum: vel in castrum nō duxerint ad seruandum: castꝝ sit inculpabile in hoc facto. Si āt raptores ad castrum redeunt: ⁊ ibidē inductum fuerit spolium vel ante castrum seruatum: castꝝ reum iusto iudicio condemnatur

Nemo iculpatus alium iculpare vel expurgare potest

De exeūtibus castrum ad comitēda spolia.

De edificijs destruendis: et non destruendis.

Pro nulla causa seu violentia debent edificia ī villis ad terrā prosterni: nisi ī ipsis fuerint v̄gines: aut mulieres violēter oppresse ⁊ stuprate: aut post factum violēter inducte: tl'es em̄ domus per ius dn̄t infringi: si non fuerit q̄ ipsas iure excuset: si super hoc fuerit iudicatum. Si āt aliq̄s postea veniēs domos legittime excusauerit damnum sibi non soluitur. hac de causa: q̄a añq̄ iudicium ꝑactum fuisset non excusauit. ¶ Omnis vir: q̄ dicte violentie conuicitur affuisse ꝑ sentētiā decollatur ¶ Omnes clamorē sequētes cum actore: si pacis violatorē seu reum deprehēderint: q̄ conuict⁹ non sit: sine damno permanent: si eundē reum et pacis violatorem coram iudice representent.

Juris ciuilis Maydemburgensis

De clericis non deferentibus tonsuram: et Judeis arma deferentibus.

c Lericis et iudeis arma deferentibus: et si non debitam habeant tonsurā: fiat talis emenda et satisfactio: si eis violētia inferatur: sicut laicis exhibetur: qz inermes incedē tenētur q̄ pace Regis assidua muniuntur.

De pregnantibus: et fatuis non puniendis.

p Regnantem: seu grauidam mulierem: iudicium z sentētia grauius non punit: q̄ in crimibus z in cute. Fatuos etiam z mente captos seu freneticos: lex non punit. Sed si dānum fecerint: ipsoz tutores ꝑm ius persoluant.

De rebus per venditorem et dantem: iterum repetendis

f Jres mobiles quis vendiderit: aut gratis dederit: ipsas q̄ postmodum repetat factum negando: possessor suo sacramento: z duorum testium: q̄ factum viderunt: res ipas per sententiā obtinebit. Sed tali testimonio non potest q̄s alium euincere ad tutorem: als pro venditore non potest acq̄rere. si res p̄dicte sb̄ alio fuerint detente seu arrestate: qz ille suo sacramento euadit ¶ Qui si rem vendidisse cognoscit debet emptori de emptione cauere: z eum tueri: qz vel fur est: vel socius furis q̄ forum als venditionem recognoscit: z rem venditā nō vult tutari: nisi forte coz̄ testibus hoc exceperit in contractu. Res concessa: seu ad seruādum coram testibus tradita: furata non poterit reputari vel spoliata. Citari autem debz tribus vicibus: per interuallum semper duaz hebdomadarum. q̄ res concessit: aut tradidit ad seruandum: vt appareat res suas in iudicio defensur⁹ si placet: qz si non fecerit: actor ponetur in possessione. ¶ Qui res habet: tenetur in custodia ad omnes terminos commissorē: seu cōcessorē de curia sua seu domo. adhibitis testibus euocare si remanere velit indemnis. ¶ Ille etiā q̄ ī mutuum ab aliquo recepit. potest coram actore rem mutuatam seu concessam restituere concessori. ¶ Qui conseruat res alienas ad hoc sibi traditas: et si in furto aut spolio: vl̄ igne pereant: aut si sint animalia: et moriantur: nullam inde iacturam incurret si sacramento confirmet: qz res predicte perierunt absq̄ sua culpa.

De q̄s. folio. cxxxix. c. Quicū q̄ alteri.

¶ Rem sibi concessam. debet q̄sq; restituere non destructam: aut soluere ꝑm sui valorē. ¶ Equꝰ vl' aliud animal si ī pignore moriatur: absq; culpa ipīꝰ q̄ tenet: si hoc ostenderit sacramento: q̄ absq; sua culpa acciderit: soluere nō cogetur: sed tm̄ sua pecunia carebit prestita super pignꝰ: nisi pactio alia ius transformet

De rebus per seruum alicuiꝰ perlusis: impigneratis: aut quouis modo alienatis

De q̄ s̄l p̄mo li. fo. clxxxix. c. Si seruus.

Si perludat: vendat: vel impigneret seruiens: aut mercenarius alicuiꝰ domini sui res: ipsas arrestare ⁊ repetere potest dominꝰ ꝑm ius. Si āt res ꝓprias perludat: vel impignerat: aut vendat: seu aliter voluntate propria alienet: dn̄s eius in hmōi nullam actionem habet: nec sibi restituere tenetur: licz sua damna sibi promiserat resartire: nec possessor eorum tenetur super his dn̄o respondere. ¶ Si furto vel spolio equus seruientis sine negligētia ipsius in domini seruicio deperdatur: dominus tenebitur ipī soluere ꝑm valorem. Et domino remanebit actio in equo iam dicto si fuerit inventus.

De excessibus iudeorum: et excessoribꝰ contra eos puniendis

Iudeus non potest Christianum ab euictione tueri: nisi loco ipsius velit ī iudicio respondere. ¶ Si Iudeus occidat: vl' violentiā faciat manifestā: in qua fuerit deprehensus: eadē pena puniatur qua Christianus. ¶ Si et Iudeum interfecerit: vel leserit Christianus: vel manus iniecerit violentas Iure cōmuni dz puniri: propter pacem Regiam quam fregit. hanc Iozephus pacē a Uespesiano obtinuit: quādo filiū suuz Tytum a paralisi curauit ¶ Si calices: libros: aut preparamenta sacerdotalia: vel altaris Iudeus emerit. vel in pignore receperit. in q̄bus tutorem ab euictione non habeat: more furis puniatur. q̄cquid autem rerum aliarum Iudeus emerit vel in pignore receperit: non oculte: sed clara luce ī domo non serata precium nō āmittit: si hoc valeat sacramēto et duorum testium cōprobare: licet fuerint furtiue. Si āt defecerit ī probatione precium perdidit: et non magis.

De pace principū ⁊ Castrorū: ⁊ de violatoribus pacis: et de armis bellicis repetendis.

Iuris ciuilis Maijdemburgensis

d Icitur q̃ principes: et Castra nullam pacē habere debeant que in ipsis valeat infringi: propter presidia: et assiduas munitiones castrorum: et propter satellites seu homines defensibiles: quos secum p̃ncipes assidue tenentur habere: qd̃ tamē non conuenit: nec est ita: qr q̃ principi: aut castro pacem aut fidē tenere promittit ⁊ non seruat: mortis sentētia cōdēnatur.

De varijs fideiussorum casibus ⁊ penis eorum inde emergentibus

q Ui fideiussorem se constituit: aliquem sistere in iudicio: et h̃ non valeat adimplere. oportebit ipsum satisfacere ſm q̃relā actoris: aduersus reum editam. ¶ Si vero in vitam rei extendatur querela fideiussor recompensam persoluat actori: ⁊ nō iudici. Iudici nāq̃ sola in eo casu pena debetur. ¶ Tali modo debet satisfieri pro pace fracta: ad quā q̃s pro alio coram iudice se constrinxit. Qui autem pacem fregit: quam pro se promisit capitali sentētia punietur. ¶ Si fideiussor aliquem corā iudicio statuendum promiserit: etsi ille fideiussus reus in termino absq̃ fideiussore iuri cōparuerit ⁊ protestatus fuerit: ipse fideiussor absens liberatur. ¶ Qui captiuum in manu recipit: al's fideiubz denuo restituēdum probatio restitutionis sicut promissum ē incumbit fideiussori: et nō reo vel captiuo. ¶ Qui pacisfractorem deducit a iudicio violenter si captus fuerit eadem pena punietur qua et ille. Si āt euaserit: cōtinuo proscribitur: si violentia fuerit clamore infamata: et sicut ius exigit testibus probata. ¶ Si in pretaxata querela pacis fracte dz q̃s alium in iudicio presentare: et reus infra terminū moriatur. fideiussor tenetur in iudicio ponere mortuum: et sic erit liber. ¶ Si āt super debito fuerit querela: mortu⁹ non debet in iudicio presentari sed fideiussor mortē eius probet mettertius: sic erit liber. heres v̄o mortui pro debito rñdebit. ¶ Si moriatur equ⁹ vel aliud animal quod fideiussor sistere debet in iudicio: cutē ponat et sit liber. ¶ Obligatus ad iurandum super manus fideiussoris: si infra terminum moriatur: heres ipsius: aut fideiussor sacramentum implebit ī termino p̃fixo. alioq̃n fideiussor in causa dānatur tanq̃ cōuict⁹

De ꝓcessu iuris Ciuilis: p̃cipue vbi duo actores pro vna re contendunt

s I duo de se inuicē ꝯquerātur: al's si actorē conuenientē re⁹ ibidē mox recōueniat: p̃m⁹ al's actor nō rñdebit scd̃o al's reo donec cā ip̃i⁹ in iudicio terminetur Cōuētio em̄ et recōuētio nō pari

passu in iure ciuili et seculari procedunt. ¶ Si multi de vno solo conquerantur super pace fracta. Respondere ceteris non tenetur: donec a primo per iudicium sit solutus. Si autē causa in terminum alium differatur: non ē ei necesse fideiussores ponere: nisi quātum sua recōpensa estimatur: cuius multe sint q̄rele. ¶ Si q̄rela pacis facte in iudicio fiat de absente: & ille citetur Actor si reū inuenerit infra terminum: ipm poterit detinere: donec ponat fideiussorem: qp in termino cōpareat: q̄ iudex actori pacem indicit: et non reo: q̄ absens ad iudicium citatur. ¶ Verba aduocati seu prolocutorī: nocere non p̄nt clientulo: si ipsis verbis non cōsentit. ¶ Qui sup violentia impetitur in iudicio: statim exigat cautionē: seu satisdationē. quoniam actor potest corrigere suam q̄relam ante cautionē: alīs satisdationem et non post. ¶ Si post tricesimum: duo eandē rem acquirere nituntur in iudicio possessor neutri rndebit. donec amicabiliter cōponant: aut vnus in iudicio alium ammoueat a causa.

De causa p̄ q̄ vnus a duob⁹ conuenitur

¶ Qui arma bellica: seu suppellectilem: aut hereditatem iniuste tenet post tricesimum iuste repetenti actori, si conqueratur in iudicio reus soluet penam iudici: & emēdā actori. ¶ Si predium aliquod impetatur seu arrestatur vel alia bona a duob⁹: et iudex exigat sibi tradi causa rei seruande. Jure tradetur illi. donec actores separētur per ius: & q̄ tradidit iudici predium seu bona liber erit ¶ Rēqrens arma bellica post decessum ex agnatione a primis parētib⁹: alīs ex parte gladij debet esse natus. ¶ Qui autē suppellectilia petit: ex cognatione natus esse dz. ¶ Judex aut q̄sq̄ alius: non potest querulantem ab actione repellere: excepto reo de quo conqueritur iure priuatus. ¶ Illegalibus Jmperij seu Regie sententie: aut proscriptis in iudicio: nemo respondere cōpelletur. Oportet āt ipsos omnibus de se q̄rulantibus in iudicio rndere in q̄ sunt proscripti.

De proscriptione: & de proscriptis et de testimonio.

Proscriptus se pōt eximere in omni loco infra iudiciuz quod ipm proscripsit. ¶ Quemadmodum in omni loco licet querelam excitare. Sic etiā licet proscripto vt dictum est se eximere: sed oportet ipm ponere cautionem: qp iuri pareat: qp si nō habeat fideiussores. Judex eum in custodia seruabit: donec respōdeat ad obiecta. ¶ Si pscript⁹ dixerit: in iudicio se pscptionē obtio mō euasisse: oportz p iudicē: aut Scultetū: ā pconē loco iudici additis duobus testibus hoc probare. ¶ Si autē non probauerit: extunc

non oportet actorem proscriptionem amplius sup eum protestari seu probare. Qui sub banno Regio fuerit proscriptus necesse est ei hr̄e iudicē ⁊ duos scabinos testes: q̄ ꝓscriptionē euaserit iusto mō ¶ Qui sunt liberi aut ministeriales Imperij: pn̄t corā Imperio ⁊ Rege testes esse: et sentētias inuenire: q̄ꝛ ꝑ sacramētum Regi fidelitatem debitā sposponderunt. ¶ Non licet tali ministeriali sententiam diffinire et edicere: aut testē fieri ꝯ liberum et Scabinatu idoneum: si causa ī vitā ei⁹: aut honorē dirigi videatur aut hereditatē.

De aratura. Itē de hereditate. Itē d̄ reb⁹ ꝯcessis

q Ui terram alienā inscius arat: remanet absq̄ culpa. Si v̄o arauerit: quā sibi vsurpat: ⁊ ab ipso ꝑ iudicium euincatur: oportet ip̄m satisfacere. ¶ Inuadiare licꝫ absq̄ licētia Iudicis ꝯ ius arātis terrā alienam. ¶ Nemo potest vitā aut mēbra ꝑ iudicium demereri: arādo hereditatē sibi indebite vsurpatam: nisi fuerit sibi ꝑ sentētiā abiudicata: et pax sup eandē publice sit edicta. ¶ Si duo vnum predium impetāt: et arrestent eodē mō: ⁊ testes producāt eque bene ꝓbañ: et neuter alium preueniat ī agēdo. predium inter ip̄os equal̄r diuiditur. Istas tn̄ attestatiōes dn̄t vicini eiusdē ville: aut etiam vicinarum villaꝝ dijudicare. Qui āt pocior erit ī probatione: ⁊ plures aut pociores habebit testes: p̄dium obtinebit. ¶ Si ignorat vicinia in cuius possessione sit: aque iudicio: seu per sententiā aquaticā decernatur: aut actor aut reus iuret: q̄ recte ostēdat: q̄ꝫtum sibi de iure ꝑtinet: et nō plus: ad hoc dꝫ iudex nuncios assignare: ⁊ sup q̄ iurabunt ambo: q̄ ābobus equal̄r diuidatur. ¶ Equos aut vestes si q̄s acceperit mutuo: ad terminum p̄taxatum nisi restituat: in eodē et querelā de ipso faciat q̄ concessit: statim tenetur restituere: et si deteriorauit: satisfaciendo corrigē tenetur. In furtum aut spolium nō pn̄t conuerti: q̄ꝛ nō sunt sb̄tracte sed concesse. ¶ Concessor q̄dem p̄t rem suā recipe de iure post terminuꝫ: vbi ip̄aꝫ viderit: q̄ꝛ detēta ē ꝑ iniuriā vltra terminū p̄taxatū

De ꝓscriptis: ⁊ de his q̄ eos hospicio recipiunt.

q Ui ꝓscriptum hospitio recipit et pascit scienter: penā soluet iudici q̄ si se cernit ignoranter fecisse: sacramēto ꝓprio se excuset. ¶ In alio iudicio non potest conuinci proscript⁹: q̄ꝫ ī illo quod eum proscripsit. Sed q̄ ī summo iudicio fuerit ꝓscriptus habetur in omnib⁹ iudicijs proscriptus q̄ obediunt Imperio: s̄ nō ecōuerso: nisi rationabil̄r ostendatur: vel sententialiter fuerit iudicatus. inferior eñ iudex nō potest iudicare proscriptionē: quā fecit

supior: nisi sibi ita notoria sit: q testis esse velit loco summi iudicis

De actis mortui iudicis: p successorē eius pbādis.

Si moriatur iudex: successor ipius testis dz eē: omnium que
s in defuncti pncia iudicio sunt peracta: qtum Scabinorum
testimonio fuerit instructus licet ipse pns nō fuerit in facto

De non responsione in foro alieno

In foro vel iudicio rndere nō oportet illum: qui nec domicil-
i lium: nec bona possidet sb eodem nisi noxā cōmittat: aut se
indebitet debito. ¶ Non oportz quēqz i iudicio rndere sup
hoc: q extra territorium est cōmissum.

De cōmuni iudicio Regis: et de causa duelli.

Ex ē cōmunis Juder cuilibet et vbiqz. ¶ Liber t idoneus
r scabinatu: nō ppellitur rndere in causa duelli: alis monoma
chaliter coram iudice extraneo: aut iudicio. Oportet āt ipm i
iudicio rndere: in cui⁹ territorio iacet vxor: t etiā in illo in q obtinet
sedē Scabini. Qui caret sede scabini: qrat iudicium iudicis supioris
ybi manet hanc sedem heredat pater filio semori: et si filio caruerit
ipam heredat proximo semori.

De bis pueris: quoz p̄ t mater iudicio sepant.

Si qs duxerit vxorē inscienter: quā de iure nō valeat retinē.
s et pueros procreat ex eadē. si postea fuerint p Ecclīam sepati:
sb pueris nō derogat in suo iure: q añ diuorcium nati fuert:
nec etiā illi: quē mater tpe diuorcij gestat in vētre. ¶ Qui alium
dicit illegitimum: aut ortu: aut officio: hoc dz ipe cum sex testib⁹
in suo iure pfectis: alis metseptim⁹ pbare ¶ Si dicatur: q qs ius
suum pdiderit in iudicio: p furtum aut spolium: sb oportet ipm Ju-
dicem cum sex testibus pbare. ¶ Liber t idone⁹ seu dignus scabi
natu: nō cōpellitur vxorē suā ondere: nec etiā qttuor suos i iudicio
pgenitores nominare: nisi velit cum pare suo duellum inire.
¶ Air p̄t ad desponsatā sibi p sacramētum se addicere licz ipam in
sua nō habeat potestate. ¶ Qui absqz aduocato in iudicio rndet:
aduocato carebit: dum qs se sentētia vel iure rndere defendat: in-
terum nō rndet. ¶ Juder dz esse equus omnib⁹: nec debz sententiā
invenire nec inuentā reprobare. Quod vn⁹ tenetur alteri: vel acci-
pit: debet debitor heredibus suis soluere si decedat. Si debitor mo
riatur. heredes ipi debitori nō rndent: nisi sb sua ptāte habeāt bōa
pro qbus ipoz pdecessor fuerat inculpat⁹. ¶ Qui captiuat alium
absqz spolio: aut vulnerat: aut affligit: absqz vulnere mortali: et

absq; priuatione vsus membri. heredibus lesi non cogitur rñdere: si post anni spacium moriatur: nisi ante decessum: contra reum cām inchoauerit in iudicio. ¶ Omnis aduena se dicens liberꝝ: ꝑ libero debet haberi: nisi testibus conuincatur

De aduena qui ꝑ tlī dz haberi ꝑ quali se gerit

De liberis: et illiberis seruis et obnoxijs: ac probationibus desuper necessarijs

s Ꝑ se liberum q̄s dicat: et alter ip̄m dicat seruum: eo ꝙ se illi dederit in seruitutem. liber potest euadere sacramento: nisi ꝙ ipsi opponatur: ꝙ actum fuerit ī iudicio. Si vero dixerit ipsum sibi innatum fore seruum. licet actori cum duob⁹ suis seruis tactis sacramentis hoc probare. Si dñs euincere velit eum ī ſuum oportet eum cum sex cognatis ipsius: aut alijs veridicis sacramēto conuincere. Reus āt si suam libertatem cum sex testibus: tribus vi delicet agnatis ex parte patris: et tribus sibi cognatis al's ex parte matris liberꝝ se iurādo valeat affirmare: attestationes omnium annihilabit ⁊ extinguet: ⁊ libertatē suam per iudicium obtinebit. ¶ Qui seruum habet in possessione: potior est ipsum in iure obtinere: q̄ ille qui caret possessione eius. ¶ Si in seruum se q̄s dare voluerit in iudicio. licet suo heredi contradicendo ip̄m ī libertatem per iustitiā obtinere: et ip̄m in suā hereditatē reducere. Si vero dominus ip̄m obtineat vsq; ad mortē tā hereditatē ipsius: q̄ pueros accipiet si patrem sequātur al's si eum cōtingunt quos genuit post donationem. ¶ Qui se vnius dñi denegat: et alteri⁹ confitetur. et corā iudicio impetatur. si dñs cui se recognoscit corā iudice ip̄m legittime non defendat. Actor ip̄m obtinet cum duobus ipsius agnatis sacramēto. quos si nō habuerit: ip̄m nihilominus obtinebit iurās cum duobus seruis naturalib⁹. quē si conuicerit: ipsum corā iudicio dādo sibi colaphum: si vult: suo seruicio mancipabit.

De pena iudicem concernente

i Udex habet penā: si recipere eā velit: in quocunq; actor recōpensam aut emendam euincit in iudicio

De hñte ius corā Rege q̄ iure q̄s rñdere debeat.

q Uisquis hz ius suum corā Rege: dz corā ip̄o ſm ius ꝓpriuz rñdere ⁊ nō ſm ius actoris. oportebit etiā ibidē rñdere sup omni causa: q̄ sibi ab aduersario opponatur: excepta causa duellari: in q̄ se poterit defendē ꝑ ius ne rñdeat p̄terq̄ in territorio de q̄ fuerat oriundus. ¶ Si vero sup ꝓprio impetatur rñdere non oportz extra territoriū Rex etī iudicare tenetur sup ꝓpo: nō ſm ius

actoris: aut rei. Sed ſm Jus prouincie: in qua ſiſtit res petita.
¶ A iudice proſcriptus: et in Regis illegalitatē inductus ipam ſi
velit euadere: oportet ipm Regis curiam ſeq̄ per ſex hebdomadas
Extunc Rex ſibi pacem indicet et preſtito ſacramento: q̄ iuri pari-
turus erit coram iudice a quo proſcriptus fuerat ⁊ exhibebit ſe iuri
infra duas hebdomadas ab hora poſt reditum ſuum omnibus de
ſe querulantibus reſponſurus. ¶ Litteras regali ſigillo munitas
deferat ad iudicem: in q̄bus facti ſui proceſſus iudici oſtendatur: et
q̄ ab illegalitate ſit ſolutus. ¶ Qui āt illegalitatē inciderit abſq̄
proſcriptione. parimodo curiā ſequatur Regis ꝑ ſex hebdomadas
et per hoc liber erit. ¶ Si āt ſe ab illegalitate extrahens iuri. nō cō
paret. nec de ſe iuſtitiā exhibet ſi vincetur: illegalitate puniatur: ꝑ-
inde ac per annum: et diē fuerit ſeu permanſerit illegalis

De capto in crimine furti

Capto in crimine manifeſto furti: vl' ſpolij: non licz querere
c venditorem: ſi etiam impetatur more duelli. ¶ Si in termi
num alium cauſa differatur cum q̄s aliuz impetit ad duellū
vtriq̄ debet pax indici: q̄ ſi fracta fuerit: dz ante omnia ſine duello
per iuſtitiam emendari. ¶ Si etiam captus in crimine recēti fuerit
violator pacis: ſm ius debitum punietur. ¶ Cedens alium abſq̄
vulnere manifeſto: aut depilans: ſi captus in crimine ante iudicem
ſtatuatur: nec vitam demeretur: nec mēbra: ſed penam ſoluat Ju-
dici: et emendam actori.

De repulſa alicuius a teſtimonio.

o Fferens ſe teſtem ad iurandum in iudicio: priuſq̄ a iudice re
quiratur: iuſte repellitur ne ſit teſtis

De incluſis pecoribus.

n On peccat includens pecora et animalia vicini ſui cum ſuis
ꝑ noctē ſi mane emiſerit: nullū tñ inde recipiet emolimētum

De annona aliena meſſa

On peccat etiam: q̄ maturam annonam alterius metit: cre-
n dens terram eſſe ſuam: aut ſui domini cui ſeruit: dummodo
meſſam nō abducat: ymmo etiam debz recipere precium la
boris. ¶ Poſſeſſor tenetur de iure ſtatim reſpōdere pro re: quā ꝑ
annum ⁊ diem non habuit in vera poſſeſſione

De non motione relicte pregnantis de bonis viri defuncti

Iuris ciuilis Maÿdemburgensis

De diuisione rerum cōmunium. Nota que et quot res dicuntur communes ⁊ diuisibiles. Secundo que res communes diuidi nō possunt. Tertio quis res communes diuidere possit. De primo res dicuntur communes tripliciter. Primo ex testato Secundo ab intestato. Tertio a sotietate. Res communes ex testato sunt. Quando pluribus vna res simul ⁊ cum mutuum legatur. Res communes ab intestato sunt omēs res quas quis sine testamēto decedēs suis heredib⁹ relinquit. Res a societate communes sunt Quando plures suas res simul componunt equale lucrum et damnum ex eisdem recepturi. Et illi sicut res suas per se composuerunt. ita per se diuidere possunt quando volunt: nisi aliquis eorum moriatur tunc sibi proximior in diuisione succedit. Res communes ⁊ indiuisibiles sunt nomē ⁊ arma: patris sepultura: ⁊ seruus, ppri⁹. Res cōmunes diuidere possunt psone puberes p se: sorte: vel electione: aut renuntiatiōe: nisi honestate: aut maiore notitia voluerint assumere proximos vel extraneos. Impuberes autē nullum ius hñt diuidendi neq; p se neq; p alios nisi necessitas hoc exposcat. vtputa si vnus eorum despōsaretur. Si autem alique psone habētes rē cō munem sint puberes ⁊ alie impuberes. Tunc cōsules illas res sine fraude cum consilio prudētum artificum: cum sorte poterunt sequestrare. Et vnicuq; horum litteras diuisionis assignare ⁊c̄.

Res dñr cōes tripliciter
Res cōmunes ex testato.
Res cōes ab intestato
Res cōmunes societate
Res cōes ⁊ indiuisibiles.

De alienatione rerum. Capitulum.LXXIII.

De alienatiōe rerum. Quid sit alienatio. Que res possint alienari ⁊ que nō. Quib⁹ de causis res alienari possint. Que pena temere ⁊ nequitiose alienantium Alienatio est quilibz actus p quē dominium rei transfertur: vt est venditio: obligatio: donatio: permutatio: testatio. Omnes autē res alienari possunt: preter infrascriptas. Omēs res impuberis nō debēt nec possunt alienari: nisi causa legittima subsit Sunt autē quadruplices res impuberis Immobilis res: vt hereditas. Res mobiles: que seruando nō consumuntur: vt aurum: argentum: ⁊ vasa talia. Tertio res mobiles q̄ prolixitate tēporis nō pereunt. Quarto res mobiles que breuitate tēporis pereunt: vt vestes animalia fructus: Itē filiolis, phibita ē alienatio rex paternax sine scitu ⁊ voluntate patris: q; in illis nlām ius habēt patre viuēte. Etiā pater nō pōt alienare res puerox: que ipsis a matre vl'a, primis aduenerīt: quia ipse nullum ius in hijs ha-

Alienatio q̄d
Res ipuberis quadruplices.

bet quo ad ꝓprietatē. Similiter pater illa alienare nō pōt que eius filij suo studio: aut seruitio labore artificio vel exercitio acquisierunt Itē ꝓhibita ē alienatio fundi dotalis nisi causa legittima subsit. Est autē fundus dotalis res vxori in dotē data. Itē ꝓhibetur insignatio. renuntiatio: vel alienatio dotis ꝓhibetur donatio inter virum ⁊ vxorē: de qua vnus ditatur: ⁊ alius depauperatur. Si autem donatio equipera seu equivalēs fieret. Illa ꝓmaneret. ꝓhibita est aliēatio rei: quā testator in testamēto prohibuit alienari: ꝓhibita ē alienatio rei litigiose scienter Et dicitur res litigiosa ō cuius dominio causa mouetur: inter petitorē ⁊ possessorē. ꝓhibita est alienatio rei aliene sine cōsensu eius cuius est. Itē creditori prohibita est pignoris obligatio vl' vēditio: ex eo q̄ nemo potest plus iuris: in alterum transferre quā ipe habet. Ipse enim creditor non habet ius. suum pignus vendere ante tēpus a lege diffinitum: nisi sit aliud pacto statutum. ꝓhibita ē alienatio rerum communitatis: rerum publicarum: viarum ⁊ stratarum: vt supra. Quattuor tm̄ ō causis possunt prohibite res alienari: scilicz causa necessitatis: causa vtilitatis causa commoditatis: ⁊ causa pietatis. ꝑna vo fraudulēter ⁊ malitiose alienantium ē: aliquando infamia: aliquando depositio ab officio in quo ē: aliqñ restitutio integra: aliqñ ꝑpetua incarceratio.

Fundus dotal.

Res litigiosa.

Quattuor tm̄ de causis pñt ꝓhibite res alienari.

De exceptiōibus ⁊ iuris bñfitijs. Ca. LXXIIII

Defensiones ⁊ exceptiones ⁊ benefitia a legibus sunt: quedā ō in fauorē: quedam in odium introducta. Unde contingit q̄ ille persone ꝓ quibus vl' quas occasiones introducta sunt per illa iuuantur ne teneantur illis obligationibus rerum quas fecerunt: q̄buis regulariter tradatur: q̄ licitus est renuntiare bis q̄ ꝑ se introducta sunt: aliqua enim sunt defensionis ⁊ exceptionis bñfitia: quibus renuntiari non potest: et si renuntiatur: renuntiatō non impedit: quo minus ipsa benefitia exceptionis opponi possunt Aliqua vo sunt quibus renuntiari potest: ⁊ renuntiatio facta tenet: et ille persone: que ante renuntiationem per ipsa benefitia iuuabantur facta renuntiatōe ꝑ ea nō iuuātur. Aliqua autē sunt quibus quo ad quid renuntiari pōt: ⁊ quo ad quid nō. Est igitur ō singul' vidēdum ⁊ ꝑmo de illis: q̄bus renuntiari nō pōt. Benefitium Macedoniani senatusconsulti cōpetit filiofamilias: q̄ pecuniam mutuo accepit sine patris voluntate: ⁊ nō solum ei competit interim q̄ est in ptāte patris: verumetiā post q̄z factus est sui iuris. Et etiam ꝓpetit heredi ipsius filijfamilias: et eius fideiussori: huic benefitio: q̄ introductum est in odium feneratorum, renuntiari non potest. Benefitium resti-

Bñfitiū senatꝰ consulti macedoniani.

Bñfitiuz restitutionis

tutionis competit minoribus toto tempore minoris etatis: et etiaz eo finito: infra quadriennium continuum: si in minori etate decepti fuerunt eorum facilitate, aut aduersarij calliditate. Et huic benefitõ non potest renuntiari. quia eoipso reciperetur: si renuntiaret minor Benefitium ne quis condemnetur: nisi inquantum facere potest et non vltra: inhabitis. vt non egeat: competit marito quando conuenitur a liberis. Et competit socio quando conuenitur a socio. Et cõpetit patri: quando cõuenitur a filio vel a filia. huic benefitio nõ potest renuntiari. Benefitiuz quoddam est: qz dicit ne liber homo ob rem alienam obligetur: huic benefitio renuntiari non potest: qz hec renuntiatio esset damnosa et contraria libertati. Benefitium seu priuilegium fori quod competit forensi dicit qz reus debet cõueniri sb suo iudice. quia actor sequitur forum rei: et non reus forum actoris nisi in quibusdam casibus: huic priuilegio fori solo pacto nõ renuntiatur. Sed ad hoc: qz reus possit alibi: cz in suo foro cõueniri facit. si promittit solutionem facere vbicunqz petitum fuerit ab eo: ꝙa ibi tenetur facere solutionem vbi conuenitur. Benefitium seu priuilegium fori qđ competit clericis dicit. qz licet clericus de iure cõmuni subiectus sit iudici seculari: p priuilegium tñ põt declinare: ꝛ dicẽ: qz velit tm̃ coram suo iudice. scz episcopo respõdere. Et huic benefitio iure canonico. non renuntiatur: quia est introductum in fauorem totius cleri ꝛ non alicuius clerici singularis Jtem exceptio non numerate pecunie: siue non tradite vel date rei: aliquando competit infra duos annos. aliquando infra triginta dies. aliquando infra annum Aliquando infra trimestre. id est tres menses Ecce enim debitor beri confitetur se mutuo pecuniaz accepisse: quã nõ numeratã accepit potest opponere exceptionem pecunie nõ numerate infra duos annos: a die cõfessionis facte. Creditor vo qui confessus est sub spe future numerationis creditum suum receptum a debitore habet exceptionem solute pecunie infra triginta dies. Maritus vo q̃ cõfessus est sub spe future numerationis vel traditionis dotem accepisse: habet exceptionẽ nõ numerate dotis que opponenda est infra annum post solutum mr̃imonium. ꝛ hoc si mr̃imonium illud duraut min9 duobus annis. Est autẽ opponẽda infra tres mẽses si mr̃imonium durauit pl9 biẽnio: scz minus decennio. Et p̃dicti exceptõib9 nõ põt renuntiari: ꝛ si renuntiatur renuntiatio nõ impedit q̃n infra dcã tpa opponi possit. Verumtñ renuntiatio in hoc reo p̃det: quia si non esset facta renuntiatio debebat p̃bare aduersari9 ꝓfitẽti se pecuniã ipsam soluisse. Scz post cz facta est renuntiatio incumbit ꝓfitenti et re

Bñfitiũ ne qs cõdemnet: rc.

Bñfitiuz quo ne liber hõ ob rẽ alienaz obligetur.

Bñfitiuz seu p̃ uilegium fori.

Exceptio non nũerate pecũie siue nõ tradite: vel date rei.

nuntianti probare pecuniam non esse solutam. Et renuntiatio conuertit onus probationis in renuntiantem. Itē lex illa rubri et nigri tituli codicis prohibet ne fideiussores vel mandatores dotium dentur. Prohibet etiam fideiussorem dari pro dote restituenda in euentum restituende dotis: Unde licet quidam faciant huiusmodi fideiussorem renuntiare rubro ⁊ nigro titulo codicis ne fideiussores vl' mandatores dotium dentur. Ipsa tamen renuntiatio non valet: qa talem dari fideiussorem prohibetur a lege: ⁊ id quod fit contra legē pro nō facto debet haberi. Sed hoc viso redeamus ad ꝓpositum.

De benefitijs illis quibus renuntiari potest.

Capitulum septuagesimum quintum.

Benefitiū vocatuz noua institutio.

De benefitijs illis quibus renuntiari potest: ⁊ quoruz renuntiatio impedit: ne opponi possit. Est quoddaz benefitiuz qđ vocatur: noua constitutio de pluribus reis debendis. Que cōstitutio dicit: qꝫ si plures fuerint rei debendi: id est debitores plures. Dicitur enim reus a re quā debet. Qui omnes sunt idonei: id ē qui possunt soluere. In soluendo habent benefitium diuisiōis quo potest dicere vnusquisqꝫ qꝫ se pro sua parte tenet. Sed ad hoc qꝫ vnusquisqꝫ teneatur in solidum: sunt duo necessaria: scilicet: qꝫ ꝓmittant ⁊ obligent se in solidum: ⁊ renuntient dicto benefitio: videlicz noue constitutionis de pluribus reis debendis. Epistola vero diui Adriani: est quedam lex: cuius benefitium competit pluribus fideiussoribus. Que dicit: qꝫ si plures fideiussores sunt ydonei in solue: debeat vnusquisqꝫ conueniri pro parte se contingente. id est pro rata. Sed ad hoc vt teneat vnusquisqꝫ in solidum renuntiet benefitio. Epistole diui Adriani. Est ⁊ quoddam benefitium noue constitutionis: quod competit fideiussoribus quod dicit. Qz si principal' ⁊ fideiussor ambo sint idonei: prius debet conueniri principalis qm fideiussor. Sed ad hoc vt fideiussor quandocunqꝫ creditor voluerit conueniri possit. renuntiabit benefitio noue constitutiōis de fideiussoribus. Nota quando duo aut plures principales se principaliter ⁊ insolidum obligant: tunc habēt locum vbi omēs predicte tres renuntiationes debēt poni in hoc modo renuntiātes capitulo nouaꝝ cōstitutionum ⁊ benefitio diui adriani vnusquisqꝫ enim pro altero intercedit quādo se obligat vltra partem se cōtingentem. Conditio indebiti dicit. Qz si aliquis a principio indebite soluit: vt quia non tenebatur soluere: pōt illō repetere huic conditiōi renuntiatur. Cō ditō sin cā dt: qꝫ si aliqs ab initio obligat⁹ sin cā vl' ex iniusta cā nō

Reus vnde.

Epistola diui Adriani

Benefitiū noue institutionis

Nota.

Conditio indebiti.

Cōditio sin cā

teneatur huic benefitio potest renuntiari: nisi fuerit propter dolum
Exceptō doli mali est. Q̄ aliquis dicit se dolo malo: id est callidita
te alicuius inductum: vel circumuentum esse: ⁊ huic exceptioni ob
dolum preteritum potest renuntiari. Est ⁊ benefitium quod compe
tit scolaribus. Scolaris enim qui Bononie morat̄ subiectus est
de iure communi iudici Bononiensi: eo q̄ bononie habitat. Sed p̄
priuilegium potest hoc declinare ⁊ dicere q̄ velit coram suo iudice
conueniri. Et huic benefitio potest renuntiari. Est ⁊ benefitium: q̄ō
dicitur conditio incerti: quod habet locum quando institutus he-
res rogatus est hereditatem adire: ⁊ certam partem alteri restitue-
re. Siue quando aliquis institutus est heres: et si ipse decesserit si-
ne liberis substitutus est et alius: quia qui substitutus est: habet
ius in ipsa hereditate: eo q̄ adueniente conditione debet in eum ve-
nire hereditas. Et hoc tale fidei commissum dicitur conditio incer-
ti: quia incertum est an substitutus decedat sine liberis. Et huic con-
dition̄i potest substitutus renuntiare. Benefitium iuris ypotecar̄
id est obligationum: hoc competit vxori in bonis viri. quia omnia
bona mariti: sunt tacite obligata vxori p̄o dote sua. huic benefitio
potest vxor renuntiare: vxore et viro contrahentibus. Si tamen p̄
us confitetur mulier q̄ illud benefitium competit sibi ⁊ dicatur ex-
presse q̄ in eo continetur: debet enim mulier certificari de iure suo:
Nam licitum est vilibus ignorare iura sua. Predictum benefitium
iuris ypotecarum competit etiam creditori: si bona debitoris sunt
ei expresse vel tacite obligata. Et huic benefitio potest creditor re-
nuntiare. Benefitium valeriani senatusconsulti competit mulieri-
bus intercedentibus. id est se obligantibus p̄o alio. Et dicit illud
benefitium. Q̄ si mulier fideiubet vel se obligat p̄o alio non tene-
tur regulariter. Et huic benefitio potest renuntiare mulier: si certi-
ficetur de eo. Et nota quando mater recipit tutelam filij: vel auia tu
telam nepti: debet renuntiare secundis nuptijs. Et Valeriano se-
natusconsulto et cetera.

Exceptio doli mali.

Bñfitiū cōpe-tens scolastic.

Bñfitiū quod conditio incerti

Bñfitiū iuris Ypotecarum

Bñfitiū sena-tuscōsulti vale-riani.

Quibus renuntiari potest. Capitulū.LXXVI.

n

Unc videndum est de illis benefitijs quibus quo ad quid
renuntiari potest. et quo ad quid non. Est quoddam bene
fitium redibitorium quod competit ei qui ignorans rem
esse morbosam emit eā. Ex hoc eī benefitio pōt agere contra vēdi
torē: vt reddat sibi pretium ⁊ recipiat rē vēditaz. Et hec redibitoria
cōpetit infra sex meses. Est ⁊ aliud bñfitium appellatum. Quāto
minoris: q̄ō ōt. Q̄ si aliq̄s emit rē vitiosam: q̄z nesciebat vitiosā eē

Bñfitium redibitorium

Bñfitium q̄n-tominoris.

Ille potest contra venditorem agē qui sciuit rem fore vitiosam petendo partem pretij sibi reddi. Quā non vendidisset si sciuisset rem illam vitiosam. Et hoc benefitium competit infra annuz. Est et aliō beneficium scilicz renuntiatio ambaz supradictarum cui potest emptor renunciare. Et renuntiatio ꝓdest vēditori. Si ipse venditor rei morbuz vel vitium sciuit: et illud subticuit nec emptorem certificauit. Ratione voli a venditore commissi non valet renuntiatio predictarum actionum. Est quoddam beneficium ne quis vocetur in ius dieb⁹ feriati. Cui aliqñ renuntiatur: aliqñ nō. Nā si dies feriati sunt rōne messium: aut vindemiaz: ꝛ voluntate litigantium potest ipis ferijs renuntiare. Sed si sunt feriati in honore dei vt dies natalis dies pascal' domini et ceteri: ac dies dominica non possunt renuntiare Quia pacto priuatorum: reuerentie diuini nominis renuntiare non possunt. Et hec dicta de renuntiationibus sufficiant.

Benefciū ambaz supradctārū actionum.

Bñfitiū ne qs vocetur in ius dieb⁹ feriatis

Recapitulatio. Capitulum. LXXVII.

Es summatim acquiruntur nobis per septē psonas. Primo per nosmetipsos. Scdo per pueros nostros non emancipatos. Tertio per seruos nostros proprios Quarto per suos alienos: quibus res nostras in eorum fidem cōmittimus. Quinto per homines in quibus vsumnudum habemus. Sexto per procuratores. Septimo per varias rerum causas.

r

Finit Secundus liber.

Liber Tertius De Jure actionū.

Capitulum. Primum.

Ecundū ordinem premissum restat nunc in hoc tertio libro determinare de actionibus Sed q̄ obligationes sunt quasi preparatoria actionum. Igitur primo de ipsis est dicendum. Quid sit obligatio. Quot eius species. Quot modis cōtrahatur. De primo obligatio est iuris vinculum quo necessitate constringimur ad aliquid dandum vel faciendum: scōm nostre ciuitatis iura. Sunt autem tres species obligationis: scilicet: naturalis: ciuilis: & vtraq; videlicet naturalis et ciuilis simul. Naturalis obligatio est que naturalem equitatē in se continet. Et hac sola obligat se vir vxori: pater filio: dominus seruo: pupillus alteri: sine tutoris auctoritate. Et omnes se sola naturali obligatione obligantes non tenentur: quia naturalis obligatio de se sola inefficax est ad agendum. Ciuilis vō obligatio est. cum quis solennitate iuris astrictus est: ad aliquid faciēdum vel dandum sed naturalis equitas non sinit eum teneri. Sicut est is q̄ confessus est per scripturam se ex causa mutuo pecuniam recepisse sub spe future numerationis: quā tamen non accepit. Unde licet scōm ius obligatio solenniter sit facta: Naturalis tamen equitas: non vult q̄ q̄s teneatur soluere: quod non accepit. Unde infra biennium potest opponere exceptionem non numerate vel non tradite pecunie. Quam si infra biennium nō opposuerit: erit suum damnum: q̄ naturalis & ciuilis equitas: extunc vult q̄ sibi imputet: q̄ fuit in mora. ius suum non petendo. Idem iuris est. Si ego vendam alicui quam hereditatem: et do litteras emptori super eam antequā rez mihi persoluat Uide ergo. quia naturalis obligatio p̄ se & ciuil' p̄ se est inefficax ad agendum. Sed naturalis & ciuilis obligatio simul: est quando persona habilis ad obligandum: cum iuris solennitate se obligat eādē teneri dicimus: q̄ h̄ vult naturalis equitas: et iuris ciuilis solennitas: & h̄ ē efficax ad agendum. Obligationum ciuilium et naturalium sunt quattuor species. alia est ex contractu: alia ex quasi contractu. alia ex malefitio: alia ex quasi malefitio. Obligationuz: que ex contractu fiunt: eque quattuor sunt species: aut enim cōtrahuntur re. aut verbis. aut litteris. aut solo consensu De quibus per ordinē est dicendum. Itē recontrahitur obligatio quattuor modis: scilicz per mutuum. per commodatum. per depositum. et per creditum: vt patebit per ordinem.

Obligatio q̄d.

Obligationis species tres

Obligatio naturalis

Obligatō ciuil'

Obligatio naturalis et ciuilis simul

Obligatio ciuiliū et naturaliū q̄ttuor sūt spēs

Obligationū q̄ ex ptractu sunt eq̄ q̄ttuor spēs

Obligatō re cōtrahit quattuor modis

De mutuo. Capitulum. II.

De mutuo Primo sciendum quid sit mutuum. Unde dicatur mutuum Qualiter ꝓtrahatur Que sit natura mutui Quis possit mutuare. In quibus reb⁹ consistat mutuum. Que actio oriatur ex cōtractu mutui. Primo mutuum: est vnius rei pro altera eiusdem nature et qualitatis prestatio. Dicitur autem mutuum q̄ ex meo fit tuum. Mutuare potest omnis qui et cōtractum facere potest. Per mutuum cōtrahitur obligatio mutui datione. Contrahitur autem mutuum non ex solo pacto: sed etiam rerum interuētu vt cum certa res datur pro certa. Non minus: nec plus: nec melius quoniā si secus. tunc esset contractus vsurarius. Quia mutuum dātes nihil inde sperantes. Natura mutui est. vt qualis res cōceditur q̄ similis eiusdem nature et bonitatis reddatur. Mutuum consistit in tribus rebus. que pondere numero et mensura constant. Veluti. Auro: Argēto: ere: pecunia numerata: frumēto: vino: ⁊ oleo: Rota is qui non debitum accepit ab eo: qui p errorem soluit reobligatur: daturq̄ soluenti: contra debitum accipientem cōdictitia actio: ex eo quia apparet eum soluere oportere ac si mutuum accepisset. Unde pupillus si ei sine autoritate tutoris non debitum p errorem datum est: nō tenebitur indebiti ꝓditione magis quā mutui datione ⁊ cē

Mutuū quid.

Mutuum vñ.

Mutuum contrahitur.

Nota

Natura mutui

Mutuum consistit in tribus.

Nota.

De commodato. Capitulum. III.

De cōmodato vero nota. Quid sit cōmodatus ⁊ vnde dicatur Quis possit commodare: et cui. Inquibus rebus consistat Que natura cōmodati. Que res poterunt cōmodari. Que differentia inter mutuum et commodatum. Que actiones oriantur excontractu commodati. De primo: Commodatus: est alicuius rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio. Et dixi ad aliquem specialem vsum: vt notetur differentia inter precarium: ⁊ cōmodatum. Quia quamuis precarium concedatur nobis: non tamē gratis. Dixi gratuita idest gratis data vl cōcessa: quia si interuenerit merces. tunc dicetur locatio. nō commodatio. nec dominium nec possessio rei trāsfertur: vt fit in mutuo. Dicitur autez commodatus q̄si res commodo vtentis data vl ꝓcessa. Potest autez cōmodare ⁊ ei cōmodari: omnis qui ꝓtractum facē potest vt supᵘ visum est. Cōmodatum cōsistit in rebus mobilibus: vt in curru: aratro ⁊ se mouentibus: vt in omnibus animalibus homine: equo boue: ⁊ cereris: Cōsistit etiam in corpalib⁹: que tangi possunt. ⁊ in incorporalibus: vt in seruitute habitatiōe et ceteris. Ea vo que vsu consumuntur: vt pecunie: vestes frumentum: vinum: et oleum ꝓmodari non

Commodatus quid.

Commodatus quibus ꝓsistit in rebus.

poterunt: quia restitui non possunt eadē: ⁊ talia qualia cōmodātur Sed ad hoc cōmodātur pecunie: vt diuitum pompe amplius ostē-dātur, aut etiā opa pietatis exerceantur. Etiā ad hoc commodantur famulis pecunie: vt diuitis gr̄a numeratiōis loco intercedat. Natura ꝯmodati est vt ipsa res ꝯmodata taliter reddatur: qualiter est cō cessa: ymmo nec p̄textu alicuius d̄biti poterit accommodatum re-tineri. Cōmodare possumus res nr̄as ⁊ etiā alienas nobis commis-sas. Et hec res oēs restitui d̄bent vt ꝯcesse fuerunt: ymmo: si fur: ā p̄redo accommodauerit hꝫ accōmodati actionē si furata aut p̄reda-ta ei integraliter nō restituerentur. Hoc tñ fallit in tribus casib⁹ sc̄z vbi dñs rei cum ipso fure vel p̄redone ꝯcurreret: vel si p̄tor in sua potestate habēs furtum interdiceret, vel si res accommodata accō-modatarij fuerit. Differentia triplex ē inter mutuum ⁊ accommoda tum ꝑma q̄ in mutuo eadē res nō redditur: sed simil. Jn commo dato vo econtra. Jtem in mutuo quocunq; casu fortuitu aduenīēte semp requiritur restitutio. Jncōmodato vo exactissima diligētia cu stodiende rei p̄stita: videtur q̄ non ꝓpter vim aut ꝓpter maiorꝭ casus euentum ꝯmodatarius videtur nō teneri: nisi sua culpa ille ca sus euenirēt. Jtem in mutuo transfertur rei dominium. Jn commo dato non. Sunt autē casus fortuiti. Jncendium: naufragium latro cinium aliorum hostium incursus: ⁊ ruina. Oriuntur vo ex contra ctu commodati: actio directa: ⁊ ꝯtraria. Actio directa datur cōmo danti: ⁊ eius heredi ꝯtra commodatarium ⁊ heredem ipsius. Con traria datur econuerso. venit autē in directā actionē; rei commoda te d̄teriorate restitutio. Non em̄ videtur res reddita si deterior red datur. et ideo p̄stabitur interesse. Si vero res nō restituatur: tunc contra contumacem intratur in litem. Si autē non fuerit contumax sed culpa causat. id est recusat restituere rem: tunc estimetur illa res quāti fuerit a tempore more: vsq; ad sententiā diffinitiuā. Sed in iu dicijs stricti iuris estimatur: a tempore more: vsq; ad tempus litis contestate. Jtē venit in hanc actionem dolus: lata culpa: leuis. ⁊ le uissima: et hoc cum gratia accipientis fit commodatum: quod fre-quenter contingit. Si autem gratia dantis fit quod raro accidit: tē non. Verbi gratia. Cum quis comodat sponse sue ornamenta vt or natior ad eum perducatur: si non reddantur: tunc p̄statur dolus: ⁊ lata culpa. Si ego commodo alicui equū meum: vt in meo negō tio ipsum equitet. Si vero gratia vtriusq; cōmodatum fiat: vt cum communem amicum inuitamus: et tu curam eius rei suscepisti: ego vero tibi argentea vasa: et cetera necessaria commodaui. Si hec

Natura cōmo dati.

Que cōmoda re possumus.

Dr̄ia inter mu tuum ⁊ cōmo datum triplex.

Casus fortuiti qui.

fuerint amissa. tu teneris mihi de dolo de lata culpa et leui: non autem de leuissima. Exemplum de dolo vt si rebus tuis saluis accommodata tibi amisisti. Exēplum de lata culpa: vt cum equum tibi accōmodaui ad villā: ⁊ tu eum duxisti ad bellum Exēplum de leui culpa vt res cōmodatas in cista ꝯclusisti: clauem v̄o incaute iacere premisisti. In hanc actionē nullus casus fortuitus venit: nisi in quattuor casibus: scz vbi p̄cedit culpa casum: vt cum equum tibi cōmodauit in ciuitatē. ⁊ tu pegre eum eq̄tasti. Item ex mora: vt cuz equum tibi cōmodo ad vnum diem: ⁊ tu serues eum ad vnum mēsem. Itē ex loco: vt cōmodaui tibi equum ad cāpum: ⁊ tu equitasti euz extra territorium. Itē ex vsu: vt cōmodaui tibi equum ad equitādum: et tu duxisti eum in aratro vel in curru. Itē ex pacto pepigi em̄ tecum. vt extra ciuitatē nō equitares qd̄ totum non tenuisti: ergo mihi de damno teneris. Cōtractus em̄ ex ꝯuētiōe legē accipiunt. Actio v̄o ꝯtraria datur ꝯmodatario aduersus ꝯmodantē vt impēsas factas in re cōmodata: modica tñ impēdia: sicut datio cibarioꝝ ad eum ꝑtinet q̄ vtenduz accepit. Itē ꝙ sciēter cōmodauit vasa vitiosa: seu rupta: aut corrupta: ꝓpter q̄ vinum ā oleum ē destructum: ā effusum aut qꝛ intēpestiue reuocat ꝯmodatum. vt si ꝯcessisti mihi vas ad annum et reuocasti ad mensem.

De deposito. Capitulum. IIII.

De deposito nota. Quid sit depositum. vñ dicatur. Quō contrahatur. In q̄bus rebus ꝯsistit. Que natura depositi. Qñ depositum repeti possit. Qualis sit eiꝰ actio. Cui detur actio depositi. Cōtra que ⁊ in qnem teneatur depositarius. Et ex q̄bꝰ causis depositarius infamatur. De primo dico Depositum est qd̄ fidei alicuius custodiēdum traditum est. Cōtrahitur em̄ obligatio ex deposito rei tñ deposite sꝑ possessionē ⁊ ꝓprietatē retinēs. Sed h̄ fallit in duobꝰ casibus. s. ꝯuentiōe tacita: aut exp̄ssa. Expresse transfertur dñium rei: vt cum depono apud te qd̄ est in numero pondere et mēsura. ⁊ ꝯuenio tecum. vt vel idē mihi reddas. vel tantundē in eodē gñe. Tacite trāsfertur dñium rei vt cum depono res apud te nō clausas ⁊ nō signatas: qꝛ tunc videor eas sic apud te deposuisse: vt possis ip̄is vti: ⁊ tātundē in gñe mihi restituere. Dr̄ autē depositu quasi seorsum positum. vel de dorso positum: a deponendo vt ostēdatur totum fidei depositum cōmissuz ad custodiēdum qd̄ circa euz depositum est. Depositum ꝯsistit in rebus mobilibꝰ q̄ numero pōdere ⁊ mensura constāt. Et in rebus se mouētibus vt in animalibꝰ. Casualiter etiā ꝯsistit in rebus immobilibus cum deponitur res im

Depositū vñ.

Depositū qd̄.

mobilis vtputa cuz res in seq̄stro pōitur vt seq̄stretur ⁊ ponitur in man⁹ iudicijs. Solet etiaz depositum ꝑ cyrographum fieri ꝙ nunc in disuetudinez venit. Natura v̄o depositi est vt semꝑ res deposita reddatur deponēti. Quod fallit in q̄tuor casib⁹. Primo cum q̄s gladium publice deponit et furiose repetit. Scd̄o cuz deponēs fugit in exiliuz miss⁹. Tertio cuz fur deponit ⁊ repetit. ⁊ petitio veri domini cum petitōe furis ꝯcurrit. Quarto cum fur rē furtiuā apud illuz deponit cui⁹ p̄us fuit. Depositum pōt recipi ⁊ repeti. quādocunqꝫ deponēs vult etiaz si fide data deponēs: ꝓmisisset nolle repetere infra vnuz annum: qꝛ hōis voluntas est mutatoria In repetitōe depositi nec ꝯpēsatio nec deductio locuz hn̄t: ym̄o nec ꝓpter expensas nec ꝓpter debitum dz depositu retineri Hui⁹ actio bone fidei ē ⁊ famosa (intantum) vt si quicq̄ sinistri in re deposita acciderit: depositarius: ym̄o heredes sui suo nōie dānati infames efficiuntur. Hec actio datur ei q̄ deponit: sz h̄ fallit in quattuor casib⁹ sup̄dicti. Hec actio datur omni deponēti: etiā furi ⁊ p̄doni: nō obstāte suo delicto: agunt enim hij ex ꝯtractu: sz ratione furti vl' p̄de agē nō possunt. ne ex impbitate sua actionez ꝯsequātur. Datur actio depositi ꝯtra depositarium vl' heredē ei⁹ de dolo defuncti. Et nota ꝙ in hāc actionem veit dolus: lata culpa: leuis: ⁊ leuissima. Dol⁹ p̄sumitur: vt si reb⁹ tuis saluis rem depositaz amisisti. Lata culpa p̄sumitur. vt si res tuas in scrinio posuisti: depositas v̄o in banco reliquisti. Leuis culpa ē: cuz depositum in arca posuisti. sz clauem incaute iacē ꝑmisisti Leuissima culpa est cuz depositum in arca clausisti sed arcam appꝫtam dimisisti Itē venit in hanc actionez si aliq̄d ꝓ custodia accepisti. si te deposito obtulisti. Itez venit in hāc actionez omnis casus fortuitus: pacto: mora: culpa: vsu: et loco: p̄cedentib⁹: pacto qꝛ ꝯtract⁹ ex ꝯuentōne legem accipiunt. Culpa vt cuz depositari⁹ rem depositam alienauit: et deinde eam redemit: et in deposito eam rehabuit: licz tunc viciuz alienationis ꝑ redemptionez purgetur. tn̄ casus fortuit⁹ si quis euenit nō tollitur. Unde q̄ semel malus: semꝑ p̄sumitur malus. Mora vt cum depositari⁹ nō restituit: aut nō reddit rez depositā tēpore debito: sic ip̄e tenetur de casu fortuito. Dicunt tn̄ quidā hoc veruz esse Si res alias nō fuisset peritura alias sec⁹. Alij dicunt depositarium ⁊ quēlibz debitorem teneri ex mora: qꝛ satis est ꝙ res potuit nō perire penes actorem Itē depositari⁹ si gr̄a sui res est deposita tenetur de casu fortuitu Ex vsu tenetur vt si ꝯcessi tibi equum ad villam eq̄tandum: et tu duxisti eum ad arandum. Ex loco tenetur: vt concessi tibi depositum in ciuitate vtendum: et tu ꝑegre ꝓfectus depositum

Natura depositi.

Nota

Dol⁹ quomō presumitur.
Lata culpa presumitur.
Leuis culpa ē
Leuissima culpa est.

Nota.

meum ex hostium insultu amisisti. Et nota q̄ dānatus ex hac actione infamis efficitur. Quattuor em̄ actiones ex cōtractibus descendētes. ex quattuor delictis infamant. Ex ꝯtractibus vt mādati depositi tutele t ꝑsotio. Ex delictis vt iniuriaꝝ vi bonoꝝ raptoꝝ furti et doli. Versus. Judice damnatos infames reddet vbiq̄.

Quō actōes ex ꝯtractibus descendētes t q̄tuor ex delictis infamant

Quod vi diripitur iniuria furti: doliq̄. Actio mandati tutele depositiq̄. Directo sed ꝓ socio communis vbiq̄.

De creditore et credito. Capitulum quintum.

De credito Credito q̄d sit. vñ dicatur. quot ei spēs. vñ ꝟbitur vl quō. ad q̄d teneatur creditor. Cui⁹ gr̄a fit creditum. De ꝓmo sciēduz Creditum ē. Dis res q̄z q̄s alteri credit. Et dr̄a credo. i. ꝟfido Bue vo spēs sunt crediti. s. sine pignore: t cuz pignore Creditor q̄ pign⁹ accepit reobligatur. Creditor tenetur de reipa q̄z pignore accepit restituenda actōe pignoratitia quā si alienauerit sūi voluntate debitoris: aut si eā sua culpa perdiderit scōz estimatiōez debitoꝝ ei ꝑsoluet. Sz qz pignus vtriusq̄ gr̄a datur. s. debitoris: q̄ magis pecunia ei credētur t etiā creditoris: quo magis tuta sint e⁹ credita: igitur pōt sufficere q̄ ad eā rē pignoratā custodiendā creditor exactā diligentiā adhibeat: quā si adhibuerit t fideliter prestiterit t aliquo casu fortuitu rē amiserit. Et hoc ꝑbauerit: securuz euz de restitutione rei pignorate existere. t nihilominus debitum suum a debitore integraliter poterit postulare.

Creditus q̄d et vnde

Species crediti due

De pignoribus. Capitulum Sextum.

Ed qz mētio facta ē in obligatōe crediti de pignore. igitur videndum est ō pignorib⁹: iuxta qō nota. Quid sit pignus. et vñ dicatur. Qualr pignoris obligatio ꝯtrahatur. Et quot duplex sit pignus. Que res impignorari possint: t q̄ nō. Ad q̄d datur pignus. Ad q̄d acceptor pignoris teneatur. Q̄diu debeat seruari pignus. De primo. Pign⁹ ē res obligata ꝑ debito ad securitatez creditoris. Br vo pign⁹ res mobil alicui obligata q̄si pugno t ore tradita. Pign⁹ ꝯtrahitur duob⁹ mōis exp̄sse t tacite. Tacite vt bona mariti sunt vxoi ꝑ dote tacite obligata Et bona tutoris sunt pupillo silr tacite obligata. Et bona cōductoris dom⁹ iniuncta t importata sunt tacite pensionibus obligata: t bona ei⁹ q̄ cum fisco cōtrahit tacite sunt fisco obligata. t bona serui iure irreuocati. Pignus ꝯtrahitur generalr t spālr. Generaliter vt cum q̄s omnia bona sua pignori obligauit. Quo casu intelliguntur habita t habēda. Specialiter vt q̄ obligatur ager vinea. equus. tunica pallium tē. Triplex autē ē pignus. aliud ꝙuētionale aliud ꝓtoriuz t aliud iudiciale

Pignus quid. Pign⁹ vo dr

Pign⁹ ꝟbitur duob⁹ modis.

Pignus quō contrahit

Pign⁹ triplex ē

Conuentionale pignus.est qđ ex ipo facto sumpsit nomen. Pretorium pignus ꝓstituitur p missionem in possessionē. Judiciale pignus est quod p sententiam iudicis obtinetur. Pignorari possunt omnes res que vendi possunt. Quia obligari possunt omēs res pntes t future.vt fructꝰ pēdētes.partus ancillaꝝ fetus pecoꝝ. Et oīa ea q̄ nascuntur.ac res corpales t incorpales ḃuitutes psonales ḃuitutes prediales t vsusfructꝰ rusticeq; ḃuitutes. Jura vo pdioꝝ vrbanoꝝ pignorari nō pnt ex eo ne varietate vsus vtētium edifitia dēstruātur. Pignorari ät non pnt res sacre.liber hō:nisi in casibꝰ supscripti. Liber tamē homo ꝓsentiēs pōt poni in obstagio nō p pecunia.sz p cō modo pacti vl ꝓsiki causa. Bator pignoris tenetur soluere dēbitum etiam si pignus perit absq; culpa creditoꝝ nisi sit pactum q̄ amissio pignoris liberet dēbitorez. Debitor impēsas in pignore a creditore bona fide factas tenetur soluē vt dēbitum p̄ncipale nisi fuerint immoderate. Sed rem pignoratā alteri pignorare nō dz. Alioq̄n stellionatus crimine poterit accusari. Nisi res talis sit q̄ vtriq; sufficiat Debitor sciēs rem alienā t absq; dñi illius voluntate obligauit eādem vl rem p se obligataz sumpserit crimini stellionatꝰ sbiectꝰ erit. Creditor autē dēbito integro ꝓsoluto pignus reddere tenetur. Integre dixi;q̄ p parte dēbiti totuz pignus creditori manebit t tenetur reddere pignus nō alibi obligatum nec deterioratum. Itē aliq̄ndo itur de cōtractu pignoris ad ꝓtractum emptōis. t illud est penitus vsurarium:vt cum creditor dicit dēbitori.si tu non liberaueris pignus illud tali vel tali die:tunc sit meum tāq; res emptitia p̄sumitur ēm omnis ꝓtractꝰ illicitus.in quo pena adiicitur que legittimuz modum vsuraruz excedit. Ut sic. Ego obligo tibi domum meaz pro decem talentis:que valz viginti talenta.tali pacto si non redimo eā tali die q̄ sit tua. Pignꝰ preterea duplex est.scilicet mobile t immobile. Mobile duplex est.quoddā ēm seipsum mouet.vt omnia animalia edentia que seruari poterunt in pignore vsq; ad tertiam diem complete. Pignus autem seipsum nō mouens sed ab alio mouetur vt est vinum oleum frumentum t cetera quod debet.xiiij.diebꝰ seruari in pignore. Pignus vo immobile dēbet sex septimanis seruari t postea cum bona conscientia vendi. Pignorataq; non dēbent aliis obligari nec donari sed solum vendi. Et hoc ideo:q̄ si in venditō ne aliquid remanet vltra sortem hoc dēbet dari illi cuiꝰ res fuit. Si vo dēficit tunc creditor agat ad supplementum si sic est exceptum: alꝫ nō.q̄ siquis malum pignus ab aliquo recipit dānum erit suum nec aget ad supplementum. Et nota si quis dēt pignus voluntarie

Conuētionale
Pretorium
Judiciale

Pignus preterea duplex.
Mobile quod etiam duplex

Pignus seipz nō mouens: sz ab alio mouet

Nota

siue coactus in iuditio adhuc semp ante ipsius vēditionē debet sibi p famulum iudici insinuari si velit redimere. an non. si tunc non vult redimere: tunc iuste ⁊ licite venditur ⁊ cetera.

De promissionibus. Capitulum. VII.

Romissio quomodo contrahitur. Quot actiones ex ipsa oriuntur. Quot modis fiat promissio. De duobus vel plurib⁹ promissoribus. Quot sunt speties stipulationum seu ꝓmissionum. Que res possint stipulari. De inutilibus stipulationibus. quare inuente sunt stipulatiōes id est promissiones. Et quia obligatio cōtrahitur multis modis. scz ꝓmissione fideiussione pacto ⁊ prē adiectione. Et de hijs omnibus videndum est in ꝓcessu. Verbis cōtrahit obligatio

Verbis cōtrahit obligatio ex interrogatione precedente ⁊ responsiōe subsequente: vt cum aliquid dari vel fieri nobis stipulamur sic dicendo: promittis mihi dare vel facere hāc rem. ⁊ ille respondet. promitto. Vel sic. Promittis mihi per tuam fidē dare decez aureos. ⁊ alter dicit. Promitto. ꝑ meam fidem ibi statim erit obligatio. Ex hac ꝓmissione oriuntur due actiones: vna conditio certi si certum contineat alia cōditio incerti si dubium ꝓtineat Tribus vo modis fit ꝓmissio aut pure aut in diem: aut sub conditione. Pure fit. veluti tu quinq; aureos mihi dare spondes ⁊ ille dicit spondeo. Confestim peti pōt. In diem fit promissio veluti. Tu quinq; aureos in die tali proxime venturo mihi dare spondes: ⁊ ille dicit spondeo. Istud statim debetur sed peti non potest anteq; tota dies promissiōis expiret. Hoc tamen fallit si debitor est fugitiuus. aut si bona sua dilapidat. aut si ciuitatem demeretur. ⁊ si bona sua publicantur. Tunc em̄ statiz petere potest: aut arrestare aut interdicere. Idē est si moritur nullo here de relicto. Sed quid si aliqui alij debitores priores. Illi petunt debita sua in iuditio. Dico qui prior est in interdicto iste prior erit in soluendo. Sed contra hoc est regula generalis. Qui prior est tempore potior est iure. Respondeo q; hic statur cōsuetudine ꝓuintiaz. Est autem consuetudo venetis. Qz tota debitoris substantia diuiditur inter omnes creditores vnicuiq; scōm ptem se contingentem. Et ē bona consuetudo. ne vnus totum debitum acquirat suum. alter vo nihil habeat Sub ꝙditiōe fit promissio. aut stipulatio. Veluti si em̄ N. sit iudex aut consul. tunc decem aureos mihi dare spondes: et ille dicat spondeo. Si conditio extabit. tunc ꝓmissuz ei debetur: si nō tunc non. Ex conditionali em̄ stipulatione. tātum spes debiti est Si autem aliud contigerit spes frustratur. Loca etiam in promissiōib⁹ inseri solemus. veluti decem aureos mihi Rome dare promitti. Et

Regula gñalis

Cōsuetudo venetorum.

Promissio fit sub cōditione

Promissio fit tribus modis

nō solum res ꝓmitti pōt. Sed etiaꝫ factum. Veluti ꝓmittis h̄ mihi facere. Promitto. Quādo v̄o duo vl' plures simul vni ꝓmittunt ⁊ nō q̄libꝫ ꝑ se ꝓ aliq̄ re tunc omēs insolidum tenētur ⁊ ꝓmissari⁹ pōt debitum ab omnib⁹ vl' ab vno eoꝝ a q̄cumq̄ voluerit repetē. Et q̄cunq̄ debitum illoꝝ soluerit omēs liberātur habet nihilomin⁹ soluens actionē ꝯtra illos q̄ nō soluerunt ꝓ parte illos ꝯtingēte hoc ē verum scd̄ꝫ Jus antiquum. Nouum autez Jus vult ꝙ creditor debet ꝓmissum ab omnib⁹ petē si sunt p̄sentes aut si viuunt. Et si quis eoꝝ nō est ydoneus ad soluēduꝫ tunc reliq̄ soluent: etiaꝫ si tātuꝫ vnus esset: ille totum ꝑsoluet. Quādo autē vn⁹ pluribus obligatur in soliduꝫ omnib⁹ tenetur tē q̄libꝫ pōt petē totum. Cum autem vni illoꝝ d̄ scitu alioꝝ soluerit ab omnib⁹ liberatur. Si autē vnus obligatur plurib⁹ separatim ⁊ dicat vnicuiq̄ vestꝝ dare vl' soluere spōdeo. Jstud nō erit vna obligatio ym̄o alia ⁊ alia. qꝛ p̄mo vni deinde alij. Tres autē sunt spēs diuisiōesq̄ ꝓmissionuꝫ. vt est Judicial' p̄toria. ⁊ ꝯuentional'. Judicial' est que ꝑ sentētiaꝫ iudicꝫ diffinitur veluti cautio de dolo. cautio de ꝑuo fugitiuo ꝓsequēdo vl' de pretio q̄d valꝫ restituēdo Pretoria ꝓmissio ē q̄ ex mero p̄torijs offitō emergit veluti damni infecti vel legatum. vl' edilicie vl' rem saluam facē pupillo. Conuentional' est. que ex ꝯuentione vtriusq̄ partis ꝯcipitur. q̄ꝝ tot sunt gn̄a q̄t sunt res de q̄b⁹ ꝯtrahi pōt Omnes res que dominio hominum subijtiuntur promitti poterunt siue sint mobiles siue immobiles presentes siue future. Jnutiles stipulatiōes multe sunt ex eo ꝙ multe sunt res que in stipulatōeꝫ et promissioneꝫ venire nō possunt. Veluti res que in rerum natura nō sunt. vt homo mortuus vl' que in rerum natura non fuit vt ypocenthaurus. ⁊ res que in rerum natura non erit vt chimera. Sed neq̄ sol neq̄ luna veniunt in promissionē. quia impossibile ē ea nobis subici. Jtem res sacra. res religiosa respublica. et res cuius non est comertium ⁊ liber homo ꝓmitti non poterunt secunduꝫ hominuꝫ dispositionē. Mutus. Surdus stipulari non possunt quia in stipulatione requiritur interrogatio et responsio que isti facere non possunt. Furiosus etiam promittere non potest. quia nullum negotium gerere valet. ex eo ꝙ non intelligit quid agit. nec pupill⁹ sine sui auctoritate tutoris nisi pro delictis patris vel communitatis. Jnter absentes autem verboꝝ obligatio fieri non potest. quia ibi requiritur loquela. Obligatio etiam contrahi non potest super conditione impossibili. vt si celum tetigero tibi dare ꝓmitto. Jtē inutil' ē obligatio que ex turpi cā euenit. vtputa si promitto velle facere homicidium vel furtum. Nam scri-

Nouum ius

Tres ꝓmissionum species.

Judicialis.

Pretoria

Cōuētionalis.

Jnutiles stipulationes mlte.

Obligatio.

bitur in turpi voto muta decretum. ⁊ in vili ꝓmisso rescinde fidem

Nota. Inutilis est stipulatio, si q̃s alium aliquid daturum vel facturuꝫ ꝓmittit. Inutilis est ꝓmissio. que fit ꝓmetum vel dolum. Inutilis ē stipulatio. Si quis ad ea ad que interrogatus est nō respondet vl̃ si tu stipularis in diem futuꝫ: et ipse respondet de p̃senti. Inutilis est stipulatio si ab eo stipularis qui tuo iuri subiectus est vel ecōuerso vt seruus aut filiusfamilias: q̃ vxor tua ⁊ filij tui eadem esse intelligitur. Nemo pōt stipulari sibi aliquid post mortē suā nec econuerso

Stipulationes quare inuente. Inuente sunt stipulatiōes ad hoc: vt quisq̃ sibi acquirat quod sua interest. Et nota si quis certus vult esse, de promisso adiicere debet penam interuallatā: vt sic. Promittis q̃ nisi mihi hoc dederis vel feceris qđ ꝓmisisti dabis iudici tantum vel tātum vel bis tm̃.

De fideiussoribus. Capitulum octauum.

Et fideiussoribus q̃ promissoꝝ vl̃ debitoꝝ non ꝓficitur Oportet igitur vt ponat fideiussores: igitur de fideiussoribus est dicendum. Et primo quid sit fideiussor. Quis possit fideiubere. Pro quo possit recipi. Ad quid teneatur fideiussor. Et ad quid ille cui fideiussit. Utꝫ fideiussio trāseat ad heredes. De primo fideiussor est qui alteri⁹ obligationem in suam fidem recipit. Hic nota q̃

Fideiussor qđ. Mandator cuius fideiussor mandator ⁊ constitutor quasi idem sunt. Differunt tamen ratione: q̃ fideiussor est qui p̃ ꝓmissionem ꝓ alio obligatur, illo nihilominus obligato remanente. Mandator autē qui mandat creditori: vt aliquid credat sup ipsum. Constitutor est qui se debitorem ꝓ alio constituit. Et scd̃m hoc tres actiones oriuntur. Alia ex fidei

Mandator. Constitutor

iussione. alia ex mandato. alia ex constituto. Fideiubere possunt omnes qui se obligare possunt. rebus. verbis litteris Exceptis militibus clericis ⁊ mulieribus: qui tamen si fideiusserint obligantur

Qui pñt fideiubere. Religiosi etiaꝫ fideiubere nō possunt sine mandato sui abbatis Canonicus fideiussor accipi potest ꝓ omni homine: ꝓ pupillo ꝓdigo furioso. etiam pro illo qui per se fideiubere non potest: vt orphan⁹. prodigus. Et q̃uis hij nec naturaliter nec ciuiliter obligentur: tñ fideiussores eorum tenentur efficaciter nec obstat: q̃ dicitur fideiussorem non posse in plus obligari q̃ principalis sit obligatus. Ratio quia obligatio fideiussoria est accessoria. modo nil plus debet esse in accessorio q̃ in p̃ncipali. Sed nota q̃ pl⁹ q̃tuor mōis accipitur Re causa: tempore: ⁊ loco. Et quicunq̃ hoc facit. cadit a causa. vt patꝫ supra de plus petendo. Pupillus sine auctoritate tutoris tenetur ꝺ ere. id ē ꝺ debitis patris. Tenetur q̃ pupillus si damnum fecit in rē communem: ⁊ de his duobus tm̃ fideiussor eorum tenetur: non de

Nota Plus quattuor modis accipitur.

alijs Quia fideiussor in duriori cā obligari nō pōt quā p̄ncipal'. Sz est sciēdum ꝙ circa veteres creditor habuit ptātē agendi ꝯtra quez voluit siue ꝯ principalem siue contra fideiussorem Hodie vero non licet exigere a fideiussore reo presente et ydoneo existente in soluēdo in toto vl' ī parte. Et si reus absens fuerit. dabitur certum temp⁹ scz xiiij. dierum infra quos fideiussor potest reum adducere ad eum primo ꝯueniēduz ipi fideiussori in subsidiuz reſuato. Et si plures fiunt fideiussores tunc quilibet eoꝝ tenetur insosidum nisi actor voluntarie diuidat actionem suam agens ꝯtra vnumquēqꝫ pro parte. secus si eligat vnum ex plurib⁹ agendo contra eum insolidum et non exigat ab alijs. Hoc est cōtra nouum Jus q̄d dicit. ꝙ actio diuidenda sit inter eos. eo ꝙ insolidum omēs tenentur nisi huic iuri pacto sit renunciatum cui actioni sit standum Ceterum si quis expresse agat de sorte. tunc fideiussor de vsuris nō videtur obligari qꝛ in maiori q̄ntitate quā actuz est obligari nō debz. Et Nota si fideiussor obligat se simpliciter ad omnia que reus principal' tenetur. ⁊ tunc licet de vsuris vt de debitis teneatur. tamē competit sibi exceptio de vsuris nō dādis scd̄m canones. Et quecunqꝫ exceptiones principali competunt Etiaz fideiussori competunt. Nota fideiussor in quattuor casib⁹ agē potest ꝯtra principalez debitorem. Primo si diu stetit in obligatiōe Scd̄o si reus est dilapidator opum suaꝝ Tertio si fideiussor ꝯdempnatus est creditori Quarto si hoc ꝯuentum est a p̄ncipio scilicet vt liberet eum a fideiussione quādo nō plus vult stare in fideiussione. Reus autem contra fideiussorē agere nō pōt. nisi a creditore ei actio ꝯcedatur. Est autē cessio faciēda añ solutionē qꝛ postea cedi nō pōt.

Nota. Fideiussor. iiij. modis agē pōt ꝯ principalē debitorem

1
2
3
4

De pactis. Capitulum. IX

De pactis. Primo videndum. Quid sit pactuz. Unde dicatur De pactorum diuisione. Quibus prodest pactum. Quādo pena posita in pactis committitur idest incurritur. De speciebus pactorum. De differentia inter pactum et promissionē. De primo. pactum est consensus duorum vel plurium in idem alteri ab altero paciscentium aliquid dandum vel faciendum. Et attēde diligēter singula verba diffinitionis. Dixi enim pactum est consensus. qꝛ consensu perficitur. vt in venditione vel emptione. et hoc dicitur ad differentiam stipulationis. In qua non solum consensus sed et v̄ba necessaria sunt. quia habet fieri per interrogationem et responsionē necessariun est vt in pacto sint duo vl' plures qui consentiāt in idem dandum vel faciendum. Et dico in idem ⁊ nō in eodem. quia si ego et tu consentimus ꝙ socrates sit lapis: hoc non est pactum: quia ta

Pactum quid

lis consensus non obligat vnum alteri, nec est dandi vel faciendi. Dixi etiam alteri ab altero: quia si consentimus q̄ vnus nostrum det Titio vel titius det vni nostrum, non est pactum cum alteri stipulari vel paciſci nemo possit. Et quia non obligatur aliquis regulariter alterius negotium, pmittendo. Dicitur autem pactum a pactione id est pacis actione vel a pace ⁊ actu. Nā qui paciſcuntur ex diuersis et contrarijs animorum motibus post multa variaq̄ certamina in vnam consonantem ⁊ sententiam ducuntur ⁊ cōuenire dicuntur. Vel dicitur pactum a palmarum: id est manuum percussione: quia consentientes ⁊ paciſcentes adinuicem palmas sibi solent pungere vetex̄ more: qui quādo se obligabant palmas manuum inuicem dabant. In signum non violande fidei promisse. Et est pactum nomen generale ad omnia que aguntur causa obligatōnis cōtrahendē vel tollendē.

Pactum vnde

De diuisionibus pactorum. Capitulum. X.

Pactorum multe sunt diuisiones: sed de aliq̄bus hic tāgam.

Pacta vtilia.

Pactoꝝ alia sunt vtilia, alia inutilia. Vtilia pacta sunt pacta vestrita. q̄ ratione personarum aut rerum scōm iuris ordinez fiunt. hoc est. q̄ pſone que pactum faciunt sint tales q̄ se obligare possunt. Et res super quā fit pactum sit talis q̄ non sit prohibita a lege alienari. Et q̄ in obligatione seruetur ordo iuris: vt supra dictum est de personis rebus et obligationibus. Pacta vero inutilia sunt. que sunt contra leges contra constitutiones. et contra edicta pretorum et in fraudē. Dixi contra leges fieri pactum. Quādo predium minoris alienatur sine decreto iudicis: aut quando alienatur fundus dotalis. Contra constitutiones fit: cum aduocatus paciſcitur cum clientulo de quadam parte litis habenda pro solario suo: Contra edictum pretoris fit: vt si fiat pactum q̄ liceat alicui facere furtum sine pena. In fraudem autem pactum fit diuersis modis.

Pacta inutilia

Pactū in fraudez diuersis fit modis

Quia fit fraus de persona ad personam: aut de re ad rem. aut de contractu ad contractum alterum: vel de contractu ad contractum eundem. de nomine ad nomen: de facto ad factum. de persona ad personam fit fraus: vt ego tutor vl' curator: quia prohibeor aliquid emere de bonis pupilli mei: illud non emo per me sed per interpositam pſonam: vt per vxorem vel filium: vel alium extraneum meo tamen nomine. De re ad rem fit fraus sic. Cum prohibitum sit mutuare pecuniam filiolo. ego non mutuo pecuniam. sed aliquam rem do sibi: vt illam vendat et vtatur pecunia. De ꝓtractu vero ad contractuz

Fraus de persona ad pſonam

Fraus de re ad rem.

Fraus de ꝓtractu ad ꝓctum

ſoluet eam domino ſuo. quanto valuerit eo menſe. ſed non computantur vtilitates que exiſtis corporibus potuiſſent euenisse. Si q̄s autem fecerit damnum in arboribus fructiferis extirpādo reſecādo aut in plantis effodiendo vl̄ herbis extrahēdo aut euellēdo ſoluet ea eſtimatione vicinorum. Si quis autem facit damnum in reb⁹ inanimatis puta vino oleo. ⁊c̄ Si in his aliquid miſcuit. vt naturalis bonitas eorum corrumpatur ſoluet ea eſtimatione proborum virorum ſm q̄ plus valuerunt illo mēſe. Si vector curr⁹. cum p̄mis rotis aut cum biga aliquem hominem aut animal occiderit tenetur ſoluere. quanto plus valuerit eo anno. Sed quid ſi ex parte. boum equorum vel mulorum vnum occiſum fuerit. Dico q̄ nō ſolum occiſi fit eſtimatio. ſed eo amplius id cōputatur quanto minoris preciī iam ſunt ea que ſuperſunt et quia laborem ſolitum perficere nō p̄nt quem prius confecerunt ſeu perfecerunt. Si quis canem mordentē vulnerat in anteriori eius parte vel etiam occidit in nullo tenetur q̄ hoc fecit defendendo. Si autem ipſum fugientem inſequendo offendit. tenetur de damno. Et nota q̄ damnum non ſolum fit in corporibus. verumetiā in partibus et in membris corporum ſicut vulneratione. mutilatiōe. oculorum erutione. auricolarum. vel naſi. aut oris inciſione. dentium excuſſione. manuum vl̄ pedum amputatiōe ac oſſium ⁊ crurium fractione. Et etiam ſi iuſta membra fuerunt ſciſſa fracta colliſa aut quouismodo deſtructa et deteriorata. Nota etiā q̄ damnum non ſolum fit facto ſed etiam ex dolo. veluti ſi quis procurauit damnum fieri q̄uis per ſe non fecit. Fit etiam damnum ex culpa. veluti ſi quis foueam vel ciſternam fodit ī loco publico. vbi ſolitum eſt homines et iumenta ire et verſari. ſi animal cadit alicui⁹ in ea et moritur vel leditur ſoluere tenetur. Etiam ſi quis corp⁹ ſuū ledit. vel membra ſua offendit de damno dato punitur. veluti ſi q̄s ſibimet digitum abſecat. illius alius digit⁹ reſcindatur vl̄ redimat eum a iudice melius prout poteſt.

Nota

Nota

De damno a tuis alīs dato vel facto. Capitulum. xlv

De damnis a tuis alīs dato vel facto. Supra viſum eſt. quid iuris ſit ſi aliquis facit dānum. homini libero aut ſuo alieno aut beſtie aut rebus inanimatis. Nunc videndum eſt ſi filī⁹ familias aut ſeru⁹ tu⁹ aut pec⁹ tuum facit dānum alteri. Primo cū q̄ fiat actio de tli dāno. Quib⁹ ſint ꝓſtitute tles actiōes. Quō iudicetur ō ipſis Si filī⁹ familias vl̄ ſu⁹ tu⁹ tibi rē noxiā fecerit nl̄la erit

inter vos actio. Si autem seruus tuus alicui rem noxiam fecerit vt furtum vel rapinam aut damnum dederit aut iniuriam irrogauerit tecum fit actio q̄diu seruus tuus in tua est potestate Habes autem liberam potestatem aut litis contestationē hunc sufferre aut p noxa dare. et si dederis tunc a tali actione liberaris. Esset em̄ iniustum ne quitiam seruorum vltra corpora eorum dominis suis esse dānosam Sunt autem noxales actiones a pretore ꝓstitute. Si dedisti seruuz tuum pro noxa tunc secum fit actio. Et si damnum non habet resarcire tunc iudicatur de eo. prout mos est. si filiusfamilias vl filiafamilias. alicui noxam fecerint dari pro noxa non poterunt a patre. quia ex tali datione et corporum eorum afflictione parentes magis afficerentur pene q̄ filij et maxime in filiab⁹ propter pudicitiā. Possunt tamē filijfamilias puberes pro suis delictis per se q̄uenire et dāna de eorꝝ peculio resarcire. Animalia irrationabilia si lasciuia sua aut feritate bestiali damnum faciunt actio noxalis ē prodita si talia animalia noxe dantur proficiunt domino eorum ad liberationē vtputa Si equus calcitrosus calce percusserit aliquem aut dentibus momorderit aut bos cornupeta cornupetere solitus hominem leserit. hec autem in animalib⁹ mansuetis et domesticis locum habēt. In feris autem et bestijs non domitis cessat quia hec sunt animalia cru delia a natura nec etiam talia animalia iniuriam facere possunt quia ratione carent et si damnum faciunt. aliter tamen agitur cum feris bestijs et aliter cum mansuetis. Si em̄ mansueta animalia damnuz faciunt dominus eorum tenetur in simplum. si fera tunc in duplum Et hoc ideo q̄ fera animalia. vt lupi vrsi apri leones verres symee canes mordaces et cetera indomita. phibita sti ibi teneri vbi vulgo iter est. Et ergo si contra hoc factum fuerit et nocitum soluet in duplum vel p̄m q̄ iudici equum videbitur tanti dominus eorum condemnetur.

De obligationibus. quasi ex maleficio. Capitulum. xlvi

Mota q̄ q̄nq̄ modis aliquis ex q̄si maleficio obligatur

Circa hunc titulum nota q̄ quinq̄ modis aliquis ex q̄si maleficio obligatur. Primo si quis mouet litem contra aliquē ex qua idem minus iuste leditur certum ē q̄ male fecit. tamē hoc non fecit ex maleficio nec ex cōtractu igitur ex q̄si maleficio sibi obligatur et penā sustinebit de ea lesiōe inquātum iustum et equū videbitur iudicāti Scdo si ex domo alicui⁹ aliq̄d eiectum vl effusuz fuerit quod alteri noceat. q̄si ex maleficio obligatur. q̄ hospes ple-

runcꝫ ex alteri⁹ culpa tenetur vt seruoꝝ et puerorum suorum. Eo casu pena duplici quanti damni datum est. actio est statuta. Tertio quasi ex maleficio obligatur qui ea parte qua a vulgo itur et iter cō mune fieri solet aliquid positum vel suspensum habet quod potest alicui nocere. Quo casu pena simplici est statuta. Ob hominē vo liberum ex tali casu occisum pena a lege triginta librarum ē statuta quia liberi corporis nulla est estimatio. Si vero liber homo hac le-sione non moritur tunc quārum iudici ob eam rem videbitur equuꝫ talem penam leso persoluat. et cum hoc mercedem medico p̄stitam ceteraꝫ impendia que in curatione facta sunt. et etiā operaꝝ q̄bus lesus caruit aut carituꝛus est si inutilis facti⁹ est iudex estimabit qō tamen difficile est estimare. De seruo vo occiso fiat estimatio quāti eo tempore valuit quando est occisus. Quarto si filiusfamilias seor sum a patre habitauerit. tunc quicq̄d ex illa domo eiectum effusum positum suspensumꝫ fuerit exquo damna prouenerint nulla in pa-trem sit actio. sed cum ipso filio. per quē talia damna prouenerunt. qui penā de suo peculio persoluet. Quinto si ductor nauis. aut pre-positus. caupone. vel custos stabuli de dolo a furto i naui vel cau-pona aut stabulo facto erit idem ex quasi maleficio teneri videntur quamuis ex nullo illorum maleficium fit factum. sed solum ex his quibus opa circa nauem cauponā aut stabularia sunt cōmissa cum tamen neqꝫ ex contractu neqꝫ ex maleficio aduersus eos actio sit cō-stituta. Quia tamen aliqualiter culpe rei sunt pro eo q̄ opa malorꝫ hominū sunt vsi. regendo. ppinando custodiēdo ex quasi maleficio teneri videntur. qō tm̄ est dicere. Si aliq̄s dns cōmittit vices suas vl negoti a sua alicui alteri. quicquid damni per illum factum fuerit dns tenetur soluere quāuis p eum. nullum dānum nec maleficium sit factum. Verbigratia ductor nauis cōmittit alicui nauem. caupo cauponā. hostes stabularia. si in his aliquod furtum aut damnum factum fuerit. idem tenētur quāuis per eos nil mali factum fuerit. ex eo tamen culpe rei sunt q̄ opera eorum malis commiserunt mi-nistris. Inhis autē casibus actio in factum cōpetit heredi. id est in-uriam pacienti actio datur. Aduersus autem heredem. i. iniuriam facienti actio nulla datur.

De proscriptione Capitulum. xlvij

Via frequēter convictus de crimine. pscribitur. Ideo subij
q citur hic Rubrica de proscriptiōe. Circa hoc Nota. Quid sit proscriptio Quot eius species. Quis possit p̄scribere. E

proscriptum demonstrare vel denunciare. Per q̄ verba quis ꝓscribitur. Quomodo q̄s veniat de proscriptione. Quid sit faciendum cum bonis proscriptoꝝ. De cōseruatorib⁹ et fautorib⁹ ꝓscriptoꝝ

Proscriptio in Iure seculari.

De primo. Proscriptio in iure Seculari. idē est qd̄ excōmunicatio in iure Spirituali. vl' edictum seu bannum Proscriptiōis tres suut

Proscriptiōis tres species

species. alia ꝑpetua. alia tꝑalis. alia neutra. Proscribere et ꝓscriptum denunciare potest Iudex habens auctoritatē edicti a supiore sibi traditam. Proscribit āt iudex per hec verba. Iudex surgit in pre

Per que verba Iudex ꝓscribit

torio et dicit expresse. Ego denuncio. A. vel. B. in ꝓscriptionē pro

Proclamatio Proscriptionis

pter mortē huius. et interdico eum omnibus suis amicis et licentio eum omnibus suis inimicis. Et si quis eum super hoc seruauerit. h̄ faciet super ius suum. Proscribitur autē quis ꝓpter contumaciam

Propter quas res q̄s ꝓscribit̄

qn̄ accusatur ꝓ homicidio vulnere aut alio crimine. et trina vice cittatus si non vult corā iudicio cōparere tunc proscribitur. De ꝓscri

De ꝓscriptiōe ꝑt quis venire duob⁹ modis.

ptione potest quis venire sic duobus modis. Primo si post proscriptionem ad Iudicium venerit non coactus et sine omni pacto cum iudice facto iurat se cittationē seu vocationem ad iudiciuꝫ ignorasse Auditaq̄ proscriptione statim vltra non coactus se iudicio presentasse. et velle assistere iudicio pro quacunq̄ causa actorib⁹ rn̄surus Tunc iudex eum a proscriptione absoluit. vt trib⁹ placitis idē corā iudicio cōpareat tunc de eo sicut de non proscripto iudicatur. Scd̄o poterit quis venire ex proscriptione hoc modo. Si aliq̄s offenderit quempiā. quacunq̄ offensione aut lesione. et vult voluntarie penitere. et statutum pene exhibere. penā sibi impositā pati corā deo et mundo pro omni suo posse. siue in reb⁹ siue in persona q̄ ad deum et leso satisfaciēdo. ⁊ hoc actor friuole ꝯdicat. tunc iudex recipiat illud statutū ⁊ ius actori leso offerat cum testib⁹ ydoneis duob⁹ vl' trib⁹ qd̄ si recipe recusat. tunc iudex illd̄ ī vsus suos ꝯuertat Et offensum ꝓpter ꝯtumaciā. ⁊ friuolentiā ꝓscribat. Et si postea deprehēditur man⁹ sibi. āputetur. aut. xxx. libras iudici persoluat. Si vero ꝓscriptus est fugitiu⁹. Tunc iudex de omnibus suis rebus recipiat. xxx. talenta. pro sua emenda ⁊ non plus. Reliqua vero bona maneāt in potestate vxoris ⁊ pueroꝝ ei⁹. sic tn̄ ꝙ creditorib⁹ inde ꝑsoluēt. Si vero neq̄ vxorē neq̄ pueros reliquit. tunc predicta bona. ad alios heredes siue successores deuoluētur. Si āt proscriptus est Exul et nullum hꝫ successorē. tunc hec bona ad man⁹ consulum cum bona consciētia recipiantur q̄ illesa et non diminuta per vnum integrum annum conseruentur. et si postea nec heredes nec creditores apparuerint. Tunc medietas ꝓ salute anime illi⁹ detur. ⁊ alia medietas

vtilitati cõitatis applicetur. Si aliq̃s accusetur. q̃ ꝓscriptuꝫ hospitauit: vl' in domo sua euꝫ ꝯuauerit: ille se suo solo iuramẽto expurget ⁊ fit liber. Si v̄o ꝓscriptus in domo aut in mansiõe alicuius deꝑhẽsus fuerit: tunc de eo ꝓut iustum fuerit iudicetur. Cõseruãs eum dabit iudici decem talenta aut manus eidẽ amputetur. Nota ꝓscript⁹ in vna ciuitate ꝑ aliquo delicto: nõ põt ꝓscribi in alia ꝑ eodẽ d̄licto scd̄m ius cõe: sed scd̄m ius principuꝫ in ꝓuintijs suis. Proscriptus in vna ꝓuintia põt ꝓscribi in alia vsq̃ ad imꝑatorẽ. Quẽ autem imperator ꝓscribit. ille est ꝓscriptus in omnib⁹ ꝓuintijs suo imperio subiectis Proscriptio tñ iure cõmuni nõ vadit extra illius iuditij districtum seu iudicis q̃ primo aliquẽ hominem ꝓscribit. Est enim satis grauis pena: qꝛ oportet ꝓscriptum in tali iuditio relinquere pueros vxorem: et cunctos amicos: et omnia bona sua ⁊c̃. Nota.

De expurgatione a crimine. Capitulũ. XLVIII

Qualiter quis expurgꝫ se a crimine sibi imputato seu obiecto Superius visum est de accusationibus ⁊ incusationibus de criminib⁹ ⁊ d̄ debitis. De ꝓmissis. de pactis. Sed qꝛ in his ad expurgationem frequenter ꝑuenitur. Igitur subijcitur hic de expurgatiõibus cunctoꝝ predictoꝝ. Iuxta qd̄ nota quid sit expurgatio. quot eius species. ⁊ ꝑ quid fiat expurgatõ. De duplici forma expurgatiõis. Quis numerus expurgandoꝝ. Que pena deficientis ĩ expurgatiõe. De ꝑmo. Expurgatio est de obiecto crimine vel inculpatione sue innocentie ostensio. Expurgationis speties sunt due: scilicet Canonica ⁊ vulgaris. Canonica ymmo legalis est quã canões ⁊ leges instituerunt. Et hec fit per iuramentum. per testes. per fidẽ ⁊ est a iure permissa. Sed vulgaris expurgatio est quã sibi vulgus per se voluntarie instituit ⁊ adinuenit. Et hec fit per duellum. ꝑ candens ferrum: ⁊ per aquam bulientem. que est a canonibus prohibita. ⁊ a iure ꝓpter tria. Primo quia sepissime fit ꝓpter inuidiam. Secundo quia ibi deus tentatur quod fieri non debet teste sacro euangelio. Tertio quia plurimum innocentes sic condemnantur. Et nota q̃ duplex est expurgatio a crimine: quedã non vadit ad ꝓscriptõnem: vt est expurgatio pro debitis promissis ⁊ pro pactis. Expurgatio de crimine scd̄m ius prouintiale talis est. Si accusatus de furto aut rapina vl' latrocinio siue homicidio aut quouis alio malefitõ quod personam habet tangere vel honorem si citatus seu vocatus ad iudicium venerit nõ coactus. ⁊ suã innocentiã velit ostẽdere. Et secum plures expurgatores hr̃e: non potest forte quia nescitur quãdo vel vbi hec facta esse dicantur. Tunc idem suo solius iuramento

Expurgatõ qd
Expurgatiõis speties due
Canonica
Vulgaris.
Nota
Expurgatio de crimine qualis

se expurgat. ⁊ fit liber a iudice ⁊ ab actore. Si vero actor velit accusatus met septē ꝓbor virorꝫ testimonio superare: tunc accusat⁹ boni nominis se expurget scōm qꝫ lex ciuitatis fuerit instituta. Quod si facere nequiuerit ⁊ male fame prius fuerit met septem vincitur. Si⁊ si deꝓhēsus fuit in euidētia facti: aut captus in fuga patrati sceleris ⁊ coactus ad iuditium ꝺeductus. Tunc ꝺe eo ꝓut iustus est iudicatur. Item si aliquis inculpatus ꝓ homicidio: et ipse hoc vim vi repellendo dicat se feciſſe. et hoc ꝓbat scōm qꝫ pax ⁊ lex ciuitatis est instituta. ſcⅰ⁊ suo iuramento: ⁊ cum alijs quattuor ꝓborum virorum manibus secum in iuditio eleuatis iurando fit liber a iudice ⁊ actore. Accusatus per vulneratum ꝓ vulnere. Innocens expurgⅰ⁊ se suo iuramento duorum ꝓborum virorum manibus secuⅰ⁊ in iuditio iurando eleuatis ⁊ fit liber a iudice ⁊ actore. Nota qꝫ sub hoc nomine vulnus comprehenditur ⁊ includitur hic omnis offensa et lesio corporis: que vadit ad proſcriptionem siue fit manuum siue pedum aut digitorum amputatio aut aliorum membrorꝫ ꝺestructio. Et qꝫ hec ex casu fiant non expugna. Si autē expugna et ex ꝓpositō malo ⁊ friuole quis dicatur aliquem vulneraſſe. manus vel pedes preſcidiſſe naſum vel aures amputaſſe. Idem cuⅰ quandoqꝫ sibi paribus ꝓbis viris suo iuramento se expurget ⁊ fit liber. Nota tñ qꝫ omnis effuſio ſanguinis cum armis vadit ad ꝓſcriptionem. Accuſatus ꝓ vituperio ꝓ mala verba et ꝓhibita que alicui direrit se suo ſolius iuramento expurget ⁊ fit liber. Inculpatus ꝓ ſtupro: ſi ꝺebito tempore ⁊ rite proclamatus non fuerit ſe ſuo ſolo iuramēto expurget ⁊ fit liber. Inculpatus ꝺe friuolo alterius dom⁹ ingreſſu ſuo ſoli⁹ iuramento ſe expurget ⁊ fit. liber. Inculpat⁹ qꝫ proſcriptum hoſpitauit aut fouerit nutriendo ſe ſuo ſolo iuramento expurget ⁊ fit liber. Item ſi res furtiua apud aliquem ꝺeprehendatur ⁊ ille dicit ſe eā rē in publico foro claro die emiſſe: ſed neſcit a quo. ſi iudex nolit credere: tunc ſe ſuo ſolius iuramēto expurgabit ⁊ fit liber Idem ius eſt de re furtiua apud aliquem ꝺepoſita. Si quis citatus ꝓ quacunqꝫ cauſa ad iuditium. et legittima cauſa prepediente venire non pōt ſe expurget ſuo nuntio ſpetiali et fit liber. Expurgatio vero ꝓ ꝺebitis aut promiſſis talis eſt: Si quis impeditur ꝓ ꝺebitis et ſi hec ꝺebita ſunt citra triginta talenta: tunc ſuo iuramento ſe expurget et fit liber. Impetitus de promiſſis aut ꝺe pactis ſuo ſolo iuramento ſine dolo falſo ſe expurgabit et fit liber. Expurgandorum numerus ꝓ mortuo ſint quinqꝫ: ꝓ vulnere aut ꝓ alio membro leſo ſint tres: ꝓ percuſſione aut alia leſione et vituperio vnus

Nota.

Vulnus.

Nota.

Expurgatio ꝓ ꝺebitis et promiſſis.

solus. Pena deficiētis in sui expurgatiōe est tal'. qual' est pena accusatoris deficiētis in accusatiōe. In summa Notāduz est. ꝙ de omni occulto malefitio de q̄ q̄s bone fame ⁊ ydoneus accusatur. De illo pōt se expurgare nisi in malefitio deꝓhendatur vl' nisi defecerit in expurgatiōe. vl' si vocat⁹ ad iuditiuz nō comparuerit aut fugerit. et p⁹ ea vinct⁹ ad iuditiuz ꝑducatur. q̄z tunc testimonium actoris auditur et duobus testibus vincitur ⁊c̄. Notandum.

De diuersitate penaꝝ scd̄m diuesitatem delictorum. Capitulū. XLIX.

Certum ē ꝙ accusat⁹ si se expurgare nō pōt incurrit penā Igr̄ hic subseq̄nter De penis ē tractāduz. Juxta q̄d nō. Quid sit pena. Q̄z sint spēs penaꝝ. Quis penas imponē possit. Quib⁹ pene inferātur. Pro q̄ inferātur. Inq̄ntuz inferantur. Que pena debeat inferri. Qui cedat pene. Que excusāt a pena. Que penā aggrauāt. Que alleuiāt. Que sint ꝯsiderāda in penis infligēdis. Ultimo ponētur questiōes ad hāc materiā vtiles. De p̄mo. pena est delictoꝝ debita cohertio ⁊ punitio Pene scd̄z leges multe sunt. Alie in ꝑsonā alie in rē. Alie ex ꝯtumatia alie ex delicto. Pene in rē sunt due scd̄z ꝙ due sunt res. s. mobil' ⁊ immobil'. Pene ī ꝑsonā sunt mlte. q̄z sunt tormētoꝝ gn̄a mlta vt captiuatio incipatō flagella° fustiuz lesio cesio. Auriuz sectio. nasi abscisio. oculoꝝ effractio. ꝑ dētes crematio manuuz ā pedum amputatio. decollatio suspēsio rotatio insaccatio crematio relegatio viua tumlatio ⁊c̄. Pene ex ꝯtumatia sunt q̄ttuor Pr̄ia missio ī possessiōez rei immobil' petite. Scd̄a rei mobil' assig̃tio Tertio ē debiti obtētio Quarta q̄ debetur iudici ob ꝯtēptuz ⁊ inobediētiā iuditio fcāz q̄z nō ꝯparet Pene ex d̄licto etiā sunt q̄ttuor. vicz exiliuz inscriptio. ꝓscriptio ⁊ relegatio. v⁹. Exul abit sine spe patrie reditusq̄z reiq̄z. Inscriptus māet in patria s̄ re spoliatur. Amittit ꝓscript⁹ opes nō posse reuerti. Quiq̄z relegat⁹ sua cuz remeabit habebi. Sunt adhuc multe alie pene ex delicto preter has. q̄t em̄ sunt delicta tot sunt pene. habz em̄ q̄dlibz delictuz penā specialē. Sunt et alie pene multe q̄ ponuntur in rubrica d̄ obligatiōib⁹ ex ꝯtractu vel ex q̄si ꝯtractu. ⁊ in obligatiōib⁹ ex malefitio. vl' ex q̄si malefitio. De q̄b⁹ postea ē singulariter dicēduz. Penas autē possunt infligē. oēs Judices autētici in iuditio suo in subditos suos iuxta culpe q̄ntitatē ⁊ q̄litatē. Nihil eniz valz Jurisdictio q̄ cohertiōez maloꝝ nō habz. Et nō ꝙ lcz mltiplices sunt iudces scz ordinarij delegati. sb̄delegati arbitri ⁊ ciuitatum rectores. Null⁹ tamē hz penā sanguinis iudicare nisi cui ꝯcessa ē auctoritas a supiore. q̄ hz ptātez hoc faciendi. In-

Pena quid
Pene s̄z leges.
Pene in rem
Pene ī ꝑsonaz
Pene ex contumatia
Pene ex delicto
Exul
Inscriptus
Proscriptus
Relegatus
Nota ꝙ multiplices sunt iudices

Pene rebus inferunt ⁊ ꝑsonis

feruntur ãt pene ꝑsonis ⁊ reb⁹ Personis imponuntur simpl'r ⁊ dire
cte. Reb⁹ ãt odio ꝑsonaꝝ: qꝛ res nõ pñt delinq̃re: sed illi q̃ eas possi
dent. Igitur ꝓ criminib⁹ solum q̃s dꝫ puniri in ꝑsona. Sꝫ heu mlti
istum ordinez ꝑuertunt: qꝛ reos pena ꝑsonali dimittunt ⁊ res illoꝝ
auferunt: ⁊ sic innoxios dãnificant: q̃ ad successionẽ bonoꝝ illoruꝫ
scd̃m leges de iure pertinent. Pene infliguntur pro cõtumatia. Sꝫ
pro delicto inferuntur siue recipiuntur pene a iure institute in totuꝫ
qꝛ de ipsis nõ põt appellari. Pene a iudice imposite recipiuntur in ꝑ
te: qꝛ sunt sup̃ gr̃am: ym̃o etiaꝫ ab ipsis poterit appellari si iudex ni
mis extorsisset. Pena q̃ magꝛ timetur illa dꝫ inferri siue ꝑsonal' siue
pecuniaria. Et si delinq̃ntes pecuniarias nõ hñt exoluere: ⁊ gr̃am a
pud lesos remissiõis nõ pñt impetrare: tc̃ scd̃m p̃ceptum summi iu-
dicis dei: colluꝫ ꝓ collo: mẽbꝝ ꝓ mẽbro. ꝑsoluẽt. Pro iudicis autẽ
emẽda nec in corpe nec in mẽbris offendatur aliq̃s vllo mõ Pene ex
acte ⁊ rõne ꝯtumatie vl' rõne delicti ille cedunt iudici. Pene v̄o dãni
⁊ iniuriaꝝ cedunt: hijs q̃b⁹ dãna ⁊ iniurie sunt illata. Si q̃s autẽ fe
cerit ꝯ̃ ius ciuitatis hee pene cedunt fisco. i. cõitati. Pene v̄o ꝯuẽtio
nales cedunt arbitris: vl' hijs q̃b⁹ ipsi arbitri addixerint. Est autem

Pena conuentitionalis

pena ꝯuentional' q̃ꝫ de voluntate litigãtium arbitri imponunt parti
bus. Et illa põt etiã in totum exigi et recipi vl' dimitti A pena crimi
nalium excusat etas violentia absoluta. i. coactio iusta ignorãtia. iu
sta cã. extrema necessitas. furor. ebrietas. Penaꝝ v̄o aggrauatiões
ac alleuiatiões põt q̃libet iudex ꝑ se estimare. Ex tp̃e mõ. loco. perso

In personis affligendis.

na. etate ⁊ dignitate. In ꝑsonis affligendis siue emendandis multa
sunt consideranda: vt sunt etas: tẽpus: locus: ꝑsona: causa: consue
tudo: qualitas: q̃ꝫtitas: dignitas: multitudo. Persona. i. ꝯditio ꝑ-
sone. Utꝝ digna vl' indigna: vil' vl' nobil'. diues ã paup̃. Etas. s. pu
erilis vl' senil'. Causa. i. culpa. posset em̃ iudex a delinquẽte extorq̃re
decẽ talẽta. cum sibi vix in. lx. denarijs teneretur. Ex culpa ꝓpter qd̃

Aniaduersiões ad q̃d institute

g̃uitas penaꝝ dꝫ a ꝯsulib⁹ moderari iuxta culpe q̃litatẽ. Sunt eniꝫ
emende institute solum ꝓpter q̃etẽ ⁊ pacificum statum bonoꝝ ⁊ co
hertionẽ maloꝝ ⁊ nõ ꝓpter aliud. Tp̃s si sacꝝ vl' nõ. Loc⁹ si ꝯsecra-
tus vl' p̃torium ã ꝯsultorium. Cõsuetudo. s. alioꝝ iuditioꝝ ⁊ patrie
⁊ ꝯsulum ciuitatꝛ. Qualitas etiã delicti Aliter em̃ punitur violẽtia
publica q̃ꝫ priuata: al'r cum armis. aliter sine armis. aliter q̃ facit cõ
tra p̃ncipẽ vl' ꝯ̃ potiores ciuitatis: q̃ꝫ q̃ fac̃ ꝯ̃ mediocres. vl' infimos
vl' viles personas Multitudo delinquentium aliter punitur: quã si
vnus delinqueret: vt patet in seditione.

Pena mutatur. Capitulum quinquagesimum

Summme Raymundi de Jure actionum

Queritur vtꝝ pena ꝑsonal' possit ꝯmutari in penā pecuniariā Dico ꝙ nō. scd̄z om̄ia Jura. quia vnusq̄sq̄ debz scd̄z sua de merita puniri. Sz hec ꝯmutatio fit ex cupiditate p̄ncipum ⁊ Judicum vt frequēter. Ecōuerso autē fit ꝯmutatio pene pecuniarie in penā ꝑsonalē quādo delinquēs est ita paup ⁊ inops ꝙ nō habet penā pecuniariā exoluē. Et hoc ideo fit. Ne delinquēs omino impunit⁹ euadat. Null⁹ tñ ita inops est. quin ipse habeat facē emēdas in reb⁹ aut in ꝑsona. Queritur vtꝝ vna criminal' pena possit ꝯmutari in aliā criminalez. Dico qꝛ sic ex caus̄ tñ vt causa necessitatꝛ. Veluti si q̄s dz suspēdi. ⁊ timor est. in eductiōe ꝙ a suis amicꝛ eriperetur. de ista pena. tc̄ pōt decollari. Etiā cā honestatꝛ vt si ē de honestis parēti b⁹ ⁊ meruit penā publici suspēdij. tc̄ poterit in oculto insaccari. Queritur vtꝝ pēa soluta stet adhuc sn̄ia. ab arbitris ꝓnuntiata. Dico ꝙ nō qꝛ soluz metu pene statur arbitrio. Queritur vtꝝ vn⁹ possit puniri ꝓ alteri⁹ delicto. Dico ꝙ pena ꝑsonali nō. qꝛ fili⁹ nō portat iniq̄tatez p̄ris. teste scriptura diuina. Pena v̄o tꝑali in reb⁹ bñ punitur vnus ꝓ alio vt fili⁹ ꝓ patre. Seruus ꝓ dño. Queritur vtꝝ aliquis debeat puniri sine culpa. Dico ꝙ fit aliqñ ꝙ quis punitur sine culpa s̄ tamē nō sine cā. vt depositari⁹ punitur quādo depositu ā̄mittit ex sua negligētia q̄uis ip̄e nullā culpā habeat in ā̄missiōe illi⁹ depositi tñ qꝛ nō adhibuit diligētem custodiam tenetur ad solutionez. Queritur vtꝝ Judices vl' domini possunt de Jure recipe emendas a suis subditis. Dico ꝙ si rectam habeāt intentiōez ⁊ emēdas licitas scd̄z legittimas cōsuetudines regionis recipiāt. debito mō seruato illas possunt retinere. licz damnuz excederent. qꝛ nō ꝓ interesse recipiunt sz vt coherceantur delicta. ym̄o tales emēde nō sunt laxande sed potius stringēde ⁊ cohibēde. Queritur vtꝝ aliq̄s ꝓ vno delicto duas vl' plures penas debeat sustinere. Dico ꝙ sic vt patz de vulnerante in cemiterio vl' in eccl̄ia ⁊ in similib⁹ casib⁹ vbi Judex recipit suam penam ꝓ delicto lesus aliam ꝓ offenso. ⁊ eccl̄ia tertiam ꝓ excessu in loco sacrato. Et ecōuerso ꝓ plurib⁹ delictꝛ nō sufficit vna pena. vñ v̄⁹. Ad facin⁹ duplex nō sufficit vltio simplex. Et Nota ꝙ p̄ncipal' intētio Judicis in recipiēdis penis ⁊ emendis debet esse criminuz ꝓhibitio ⁊ pacꝛ ⁊ cōcordie preceptio. Dicit enim beatus Augustinus. ꝙ Judex siue puniendo siue ignoscēdo emēdas recipiat bñ facit: soluz vt vita maloꝝ hoīm corrigatur ⁊ pax ⁊ ꝯmodum bonoꝝ foueatur

Vtꝝ pena ꝑsonalis possit in pecuniariā cōmutari.

Commutatio quomodo fit.

Vtrū pena criminalis possit in criminalem permutari:

Vtꝝ pena soluta stet adhuc sētētia ab arbitris ꝓnūtiata.

Vtꝝ possit puniri ꝓ alterius delicto

Vtrū q̄s possit sine cl̄pa puniri sed data tamen causa.

Vtrū iudices autdñi possint de iure aīaduerteres in subditos suos.

Vtruz q̄s pro vno delicto duas vel plures pēas sustinere debeat

Nota.

Wynij pœnæ

Finit Liber Tertius.

Liber Quartus De vita ⁊ honestate clericoꝝ.

Dolenter referimus ꝙ multoꝝ est adeo reprehensibilis vita clericoꝝ: vt ipsi ꝑ exempli ꝑnitiē mores nō instruāt sꝫ destruāt potiꝰ laycoꝝ. Quapropter vniuersi clerici mores ⁊ vitaꝫ reformēt in meliꝰ ⁊ ea q̄ ad ip̄oꝝ statuꝫ ⁊ honestatē ꝑtinēt cum mag̃ cautela custodiāt nec solum a malo. sꝫ etiā ab oī spē mala se prudēter studeāt cohibere ꝯtinēter. ⁊ caste viuāt A crapula ⁊ ebrietate se abstineant q̄ sunt libidinis incētiua ⁊ qn̄ ꝯuiuia p̄parāt q̄ rara sint clericis sex ferculoꝝ numeꝝ nō excedāt. Tabernas nō visitent. Arma non portēt nisi ex necessitate. ꝓpter pericula viaꝝ in itinere cōstituta. Offitia ⁊ cōmertia secularia: ⁊ p̄sertim carnificum ⁊ maccellarioꝝ ⁊ thab̄nanarioꝝ ꝓrsus euitēt. Nā clerici si hmōi offitium carnificuꝫ et tabernarioꝝ publice ⁊ ꝑsonal̄r exercēt. et cum hoc deferēt habituꝫ clericalē ꝑ dyocesanum tertio amoniti. Si ab hmōi offitijs nō desistunt ā postea reassumunt in rebus ꝓprijs immunitate nō gaudeāt. Si v̄o cum hoc abijtiunt habitum clericalē etiā quo ad ꝑsonā suā ꝑdunt p̄uilegium clericale. Decet em̄ vt clerici coronā ⁊ tōsurā clericalē d̄ferāt patētibꝰ auribꝰ cuꝫ habitu clericali. Et quicunq̄ clericꝰ rugata ⁊ ꝑtita veste vtitur nisi rōnabil̄ cā subesset si bn̄fitiatꝰ existit sex mēses a ꝑceptiōe fructuuꝫ ⁊ bn̄fitioꝝ suoꝝ obuētiōe ē ipso facto suspēsus. Si v̄o bn̄fitiatꝰ nō fuerit in sacris tn̄ ordinibꝰ infra sacerdotiuꝫ ꝯstitutꝰ. ꝑ idē tp̄s redditur eo ip̄o inabil̄ ad bn̄fitium eccl̄iasticuꝫ obtinēduꝫ Et ē idē de alijs clerici. q̄ nec bn̄fitiati sunt. nec in sacris ꝯstituti vestē talē sine tōsura publice deferētibus Clericalē v̄o dignitatē vl̄ ꝑsonaꝝ seu bn̄fitiuꝫ. aliqd̄ obtinēs. cui cura imminet animaꝝ necnō ceteri in sacerdotio ꝯstituti ac religiosi q̄libet q̄s oꝑtet ꝑ decētiā habitꝰ extrinseci moꝝ intrinsecā hōestatē oñdere. si p̄terq̄ ex cā rōnabili vestē hmōi ferāt publice sint ip̄o facto bn̄fitiati a ꝑceptiōe fructuuꝫ bn̄fitioꝝ q̄ obtinēt suspēsi ꝑ annum. Ceteri v̄o sacerdotes religiosi ꝑ idē tp̄s anni r̄dduntur inhabiles ad q̄cunq̄ bn̄fitia eccl̄iastica obtinēda. Clerici insuꝑ maxime bn̄ficiati caligis scacatis rubeis ⁊ viridibꝰ vti nō dn̄t. nec se ioculares faciāt. ⁊ si ad annum pꝰ trinā monitionē ordinarij moniti artē illam ignominosam exerceāt. eo ip̄o sunt p̄uati ī oī p̄uilegio clericali Aleaꝝ ⁊ taxilloꝝ ludos fugiāt Coreaꝝ ⁊ torneamētoꝝ ⁊ hastiludioꝝ. ac alijs publicis spectaculis nō intersint. Claustra monachoꝝ ⁊ monialium absq̄ cā rōnabili et manifesta sine superioꝝ licentia ingredi nō presumant. Clericos autē q̄ vagi communiter nominātur in domibꝰ sui non colligant. nec

eis aliqō munus puum vl magnum tribuant. Eccliam cathedralē vl collegiatā in q̄ q̄s bñficiat⁹ existit intra diuinum offm sine religione.i. veste religiosa nō intret. Presbri parochialium.eccliarum: capellanatores clericos nō laycos vxoratos hēant q̄ cuz eis cantare z legere nō ignorēt z cuz diuinum offm celebrant. aut fidelib⁹ ecclīastica ministrāt Uterq; p̄sbyter z cāpanator sint suppilliciis desup induti. Nullusq; p̄sbrorū sine ministro audeat missam celebrare. Laicos q̄z qñ sacra mysteria celebrāt meer se stare vl scōde nō pmittāt. Dicti sunt āt clerici a cleros grece qđ ē sors latine vl hereditas: q̄ clerici sunt de sorte dñi z hñt partez hereditatis dñi. Uñ z mathias sorte electus est q̄ primum p apl̄os est ordinatus.

Causas depauatorum in clericis morū describens: originem z dignitatem sacerdotij ostēdit datq; doctrinā episcopis in ordinādis clericis.

Capitulum secundum

Magna equidem est sacerdotij dignitas. Et ideo vt p̄sbri ordi
m nē honestatēq; clericales ꝑseruent. Epi eorū pspiciant z intendāt: sciantq; quales in sacerdotes ordināt. Ad hoc enim velut speculatores in eccliā positi sunt: vt nō solum clericos regāt et moderētur Uerūetiā vt mores z vitā oīm populorū infra se positorum pspiciāt. Eps nāq; grece: latine speculator interptatur. Uel a scopin grece dr: qđ ē intēdere latine. Pōtifex āt dr q̄si via seq̄ntiuz Nuncupatur āt maxim⁹ pōtifex. q̄ efficit sacerdotes atq; leuitas: q̄rum institutio ē i veteri testō a deo p moysen inchoata z in nouo pleni⁹ a xp̄o iesu a q̄ sumpsit exordiuz: ꝑsummata Moyses siq̄dē ex p̄cepto dñi Aarō i summuz pōtificē. filios vo ei⁹ vnxit i minores sacerdotes. Postea vo dauid Rex cum ministeria dom⁹ dñi ampliaret ianitores: q̄s nos hostiarios apellam⁹ z cātores instituit Salomō āt pfec. Uñ antea hij pōtifices erāt q̄z reges Nā maiorū hec ꝑsuetudo fuit: vt Rex esset sacerdos et pontifex. Episcopi ergo instituāt z ordinent tales sacerdos: ō quorum probabili vita: educatōe: scientia et honesta conuersatōne ante hac pateat testimoniuz. Uilib⁹ etem aliquando actibus dediti: item illiberi et nondum manumissi: illiterati: incontinentes: bigami: notispurij: Ebrietati dediti: infamie nota aspersi: qui in heresim lapsi sunt qui publicaz penitentiam egerunt. Item membro naturali aliquo carentes. Corpore viciati.

Et alij in sacris canonib⁹ suffitiēter enumerati nō sunt ordinādi in p̄sb̄ros. Itē curiales qr ex eoꝝ dep̄uati morib⁹ ⁊ asuetis q̄s haud facile obmittē p̄nt. plima incōmoda eccl̄ia ꝯseq̄tur. Lz nō negam⁹ eē ī laicis deo bn̄placitos mores. Sz milites suos ꝓbatos sibi q̄runt instituta fideliuz: discere em̄ pri⁹ q̄sq̄ dz añq̄ doceat. Iccirco qn̄ ep̄s ordinationē facē disponit: eligē dz sacerdotes ⁊ alios prudētes viros diuine legi nō ignaros exercitatos: ī eccl̄iastici sanctionib⁹ q̄ ordinādoꝝ vitā: gen⁹: p̄riaz: etatē: institutōez: locuz vbi educati sunt si sint bn̄ l̄zati: si instructi in lege dei ꝑq̄rāt. Si em̄ in laycī vid̄r intollerabilis iustitia: q̄ꝫ tomagis in hijs q̄ p̄sunt nec excusatiōe ē digna nec venia. ym̄o ignorātia maxime in sacerdote ē mr̄ cunctoꝝ erroꝝ: An̄ om̄ia v̄o diligēter inuestigēt si fidē catholicā firmiter teneāt Si eccl̄iā ꝓfitētur romanā: nec indignos ⁊ min⁹ idoneos ad sacros gradus suscipiāt. Nec cupiditate muneris allecti donum sanctispiritus vendāt. Nā al̄r ⁊ absq̄ examinatiōe: ꝓmoti sunt ex clero abijtiendi Ep̄s g̊ tales a iure ꝓhibitos in clericos ꝓmouens: scādalaꝝ ⁊ insolētiaꝝ q̄s tādē ip̄i diuine ascp̄ti militie seu asueti ⁊ illitterati ꝯmittitur: re⁹ ē. Venerabiles nāq̄ sāctōes patꝝ cuz d̄ sacerdotuz electiōe loq̄rētur eos demuz cēsuer̄t idoneos sāctī administratōib⁹: q̄ꝝ oīs etas a puerilib⁹ exordijs vsq̄ ad ꝑfectiores ānos ꝑ discipline eccl̄iastice stipēdia cucurrissz vt vnicuiq̄ testimonium p̄or vita p̄bēt. nec pōt d̄ ei⁹ ꝓuectiōe dubitari. Cui ꝓ laborib⁹ mlt̄i. ꝓ morib⁹ castis. ꝓ actionibus strennuis: celsioris loci premium debetur

De immunitate ecclesie. Capitulum tertium.

Licet laicis ī eccl̄iasticas res siue ꝑsonas eaꝝ autoritas sit ablata tā iure canonico q̄ꝫ ciuili: nōnulli tn̄ laici tendentes in vetitum immunitates eoꝝ diuersis conatibus infringere moliuntur. Nos super hijs volentes eorum ausum reprimere: auctoritate huius sacri concilij sub obtestatione diuini iudicij ⁊ maledictionis eterne districtius inhibem⁹ ne decetero in hmōi manus temerarias mittere presumant: ⁊ q̄ nec aliquem fugientē ad ecclesiam qd̄cunq̄ maleficium graue cōmiserit: iudex seu alius quisuis quācunq̄ secularē dignitatē obtinēs seu potestatē exercens de eccl̄ia violēter p̄sumat extrahere immunitatē eccl̄ie taliter violando: sed potiꝰ ad instātiā Rectoris eccl̄ie ad quā fugit vitā ꝯseruet corpore ⁊ mēbris saluis ⁊ illesis: ⁊ ip̄m pecuniaria vel alia disciplina puniat mitiori nisi malefactor ad ecclesiā fugiens publicus latro fuerit aut nocturnus fur aut predo: aut si in ipsa ecclesia vl̄ ei⁹ cemiterio homicidium vel membrorum truncationē sb̄ spe immunitatis ꝑpetrauerit

Tales enim non sunt digni ab ecclesia tueri: sed cuiuslibet immunitatis priuilegio sunt indigni.

Ad idem. De ecclesiasticis psonis. Capi. VIII.

n Vllus sub excōmunicationis pena in ecclia seu de ecclia munitionem seu fortalitium pſumat erigere vl' facere aut ipsius cemiterium p eius firmitate fossatis q̄buslibet vallare. Nullus laicoꝝ clericum quēcunq; deferentē habitum clericalem cuz corona sine demandatiōe eccl'iastici iudicis captiuare presumat. Qđ si fecerit excōicationis penā incidit ipso facto a qua euz solus papa absoluere potest. Nihilominus in eius obprobrium cler⁹ ciuitatis ville opidi castri seu parrochie in q̄bus clericus captus est seu tenetur captiuus eoipso alio nō expectato mandato cessationem faciat a diuinis: donec ad diocesanum ad cuius notitiam id deferant sine mora vel aliter liberetur. nec aliquis amicoꝝ vel cōsanguineoꝝ clerici taliter captiuati p ipsius liberatione sub excōmunicatiōis pena aliquid debet dare vel soluere. vel de soluendo ponere cautione: verumtamen si clericus vagabundus in furto vel alio malefitio deprehendatur. ⁊ habeatur de fuga suspectus. tunc ex hac nostra liberali licētia ⁊ generali quā pſentibus impartimur secularis potestas sb testimonio tamen clericoꝝ si commode haberi poterit vel alio fidedigno malefactorem huiusmodi potest captiuare. ⁊ eum q̄primum poterit ecclesiastico iudici presentare debet. iuxta traditiones sacrorum canonum puniendum. Qui vo ausu sacrilego prelatum canonicum aut quencunq; clericum p clerico se gerentem occiderit ā mutilauerit preter alias diuersas penas iure omnibus feudis si que ab ecclesia tenuerit sit eo iure priuatus. ⁊ ad eccl'iam in qua ea tenuit libere reuertantur. Jus patronatus si quod in vna vel etiam in pluribus ecclesijs habuerit. hoc ipso facto perdet. ⁊ ad diocesanum epm deuoluantur filij eius ⁊ nepotes vsq; ad quartum gradum per masculinā lineā descēdētes ad ordines seu ad quoscunq; beneficiuz ecclesiasticum nullatenus admittātur. Illi qui oēm malitiam horum superantes. Archiepm vel episcopum fuerint hostiliter insecuti vel eorum aliquem percusserint ceperint vel occiderint seu ipsis molestantibus ad hoc prestiterint auxilium consilium vel fauorem: ⁊ ipsos defendentes: vt supra cum ipsis sibi ad hoc cooperātibus quomodolibet ipso facto penas incidunt a iure statutas. Et cum aliquis nobilis iusticiari⁹ siue laicus quicunq; captiuauerit aliquem clericum p clerico se gerētē seu depdat⁹ fuerit alicui⁹ eccl'ie bōa capellāt castroꝝ hmōi ⁊ plebani locoꝝ in quibus clericus tenetur captiuus

aut preda seruatur q̃ primum hoc sciuerint nõ expectato sup̄ h̄ supi oris aliq̄ mãdato a celebratiõe abstineãt mox diuinoꝝ sb̄ pena excõ municatiõis quã faciẽtes ꝯtrarium incidere volum⁹ eo iure ⁊c̃.

De foro competenti. Capitulum quintum.

Quia tam eccl̄iasticus q̃ secularis ordo confunditur cum vni cuiq̄ sua iurisditio nõ ꝟuatur. hinc est q̄ spiritu alia ⁊ secula ria iuditia esse ꝯuenit impmixta Quare omnibus ecclesiasti cis iudicibus districte inhibemus ne laicos ad instãtiã quoꝝcunq̄ clericoꝝ vl̄ laicoꝝ ꝓ causis mere ciuilibus ad suum ꝯsistorium cita ri fatiant ã cognitionẽ causaꝝ hmõi se aliquaten⁹ intromittant. nisi forte miserabilium p̄sonaꝝ vl̄ in defectu iudicis secularis ⁊ eꝯ ne iu dices seculares clericos ꝓ q̄buscunq̄ cauꝫ criminalibus vel ciuili bus. Nec etiã laicos sup̄ possessiõib⁹ eccl̄iaꝝ sup̄ quocunq̄ titulo eas possident ad suum iuditium faciant euocare vel eos audeãt iudi care: laicis siq̄dẽ nõ est de p̄s byteri iudicãduz: nec de eoꝝ vita q̄cq̄ inuestigãdum. Sz epoꝝ iuditio q̄cq̄d sit ẽ referẽduz. vñ tã eccl̄iasti cus q̃ secularis iudex metas sue ptãtis excedẽs excõicatiõis senten tia ĩnodetur. Et actor cleric⁹ q̄ reuz indebite corã ñ suo iudice fatiga uerit expẽsis ꝯdẽnetur: nec sup̄ eadẽ cã vllaten⁹ de cetero audiatur.

De cohabitatiõe clericorũ ⁊ mulierum. Ca. VI.

Quãuis fornicatiõis crimẽ inter cetera crimina sit detestabili us in clericis: vtpote q̄ inter ceteras v̄tutes p̄ncipal̄r carnis ꝯtinẽtiã ꝓfitentur. Multi tñ clerici sue salutis immemores nõ solum tentationibus p̄uenti aut victi desideria carnis p̄fitiunt: sz etiã tentationẽ p̄ueniunt dum frustra tentãtur in domib⁹ ꝓprijs vel vicinis paratas ad malum fornicarias enutriunt mulieres. Ne igi tur crimen eoꝝ videamur p̄ tollerãtiam approbare. Oẽs de cetero clericos qui in domibus suis suspectas mulieres ⁊ extra domum in sua ꝓcuratiõe publice detinent ꝯcubinas si sunt benefitiati bñfitijs suis priuamus: ⁊ si nõ habeant bñfitia ab executione ordinum a su is sup̄ioribus decernimus suspendẽdos. Quos demum malitia eo rum exigente. Ep̄i eoꝝ sup̄iores carcerum penis affitiant: vel de su is diocesibus eijtiant ⁊ exterminent: si nec sic curauerint vitam suaz emẽdare. Archidiaconos autem locoꝝ qui clericos sui archidiaco natus ⁊ populum qui vicinos siue sotios hac labe resparsos sic sciẽ ter tollerant quasi pro cõcubinatu: proprio volumus condemnari. Et licet clericus pro fornicatiõis crimine vel alio mortali peccato q̄ ad seipsum sit suspensus: Non tamen debet ab alijs in diuinis offi-

Archidiaconi

tijs euitari. Nisi crimen ipsum sit notoriuz ꝑ sententiam iudicis seu confessionē factam in iure: aut euidentia facti que tergiuersatiōe aliqua celari non potest. Notorium etiam cōcubinatum. Dicimus ꝑ canones ab offitio nedum quo ad seip̄m sed etiā quo ad alios suspensum qua suspensione sic durante si diuinis se ingerit sicut prius irregularitatē incurrit. a qua nisi ꝑ summum pontificē poterit liberari. Et ideo Gregorius papa scribit. Si p̄sbyteri dyaconi vl' subdyaconi sunt q̄ in crimine fornicationis iacent interdicimus eis ex ꝑte omī potentis dei ⁊ beati petri auctoritate introitum vsq̄ dum peniteāt ⁊ se emendent. Si vero in peccato suo ꝑseuerare maluerint null⁹ vestrum p̄sumat audire eoꝝ offitium: qꝛ bn̄dictio eoꝝ in maledictionē vertetur ⁊ oratio eorum fiet in peccatum. Sacerdos fornicator.

De testamentis. Capitulum septimum.

Preterea statuta locoꝝ que hn̄t ꝙ nullus vltra certā summā ecclesijs vel clerici donare seu legare audeat in vltima voluntate irrita iudicam⁹ cuz iniq̄tatē ꝯtineāt ⁊ testamenti ꝑimāt libertatē. Cōditores v̄o hm̄oi statutoꝝ aut eisdē vtentes coherceātur canonica disciplina. Insuꝑ ordinarij inuigilent circa executores testamentorum ⁊ vltimaꝝ voluntatum. ⁊ ꝯtra illos qui eos impediunt quouismodo: vt ipse voluntates extreme infra tēpus testatoris arbitrio limitatum mancipentur effectui: vel si testator executori terminum nō p̄fixit. ipsa executio vltra vnius anni spatium nullatenus ꝓrogetur. Executores etiā vltimaꝝ voluntatum de bōis defuncti nullatenus se intromittant donec de eisdem fatiant inuentarium sub fidedignarum testimonio personarum.

De reedificandis ecclesijs. Capitulū octauum.

Quicunq̄ eccl'iastica offitia obtinēt: oēs iuuēt ad tecta refitiēda ⁊ eccl'ias emendādas. Collectores v̄o elemosynarum ꝓ fabricis eccl'iaꝝ quosquidā vitricos appellāt sine omni exceptione maiorum de plebe easdem elemosynas fidelium inconsultis ecclesiarum rectoribus non expendant. Vitrici.

De consecratiōe ecclesie vel altaris. Capitu. IX.

Si eccl'iam pollui humani sanguinis ā seminis effusiōe ꝯtingat ip̄i⁹ eccl'ie cemiteriuz si ꝯtiguuz fuerit eidē cēsetur eē pollutum. Et añq̄ recōcilietur ꝑ ep̄m. in ea non dn̄t diuina celebrari vl' aliq̄s sepeliri. Itē ī vna ⁊ eadē eccl'ia ⁊ in vno ⁊ eodē tpe duas missas sb̄ nota celebrari districti⁹ inhibem⁹ adijtiētes ꝙ nll's ꝓ ip̄is viuis mortuoꝝ audeat facē septimuz tricesimuz vl' āniuersariuz

De symonia. Capitulum decimum.

D Esymonia vo ne aliquid erogetur vel ꝓmittatur ꝓ spiritua
li. In tm̃ peccatis exigentibus corda quorundã ꝑsbyteroꝝ.
symoniaca prauitas deprauauit q nec baptismum nec sacrã eucharistiã nec penitẽtiã: nec extreme vnctionis sacramẽtuz: nec benedictionem nubẽtium aut exequias aut sepulturas mortuoꝝ siue alia quecunq; spiritualia suis volunt subditis ministrare nisi ꝓ huiusmodi ministratiõe detur eis aut ꝓmittatur ptium ꝓ sue turpitudinis executiõe: ymmo verius accusatione diuturnã consuetudinẽ ptendentes. Hos igitur cunctam pnitiosam venalitatẽ symoniace prauitatis ne preter impunitatẽ vendentium videatur nostris temporibus approbari cõdemnamus. Et huius sacri approbatiõe Cõcilij duximus statuẽdum q singula pdicta sacramẽta ⁊ res sacre nõ obstante quacunq; ꝓsuetudine in cõtrarium que potius censenda ẽ corruptela sine exactione cuiuscunq; tpalis emolimenti libere cõferantur. Et quicunq; de cetero ꝑmissoꝝ vel ex pdictis vẽditor fuerit deꝓhensus. Si est ecclesie pastor ipsa priuetur: Si vo vicarius seu sotius rectoris fuerit ad episcopales carceres: vt ibidẽ ppetuã agat penitentiã detrudatur. Ceruntñ si laici nollẽt rõnabiles ⁊ approbatas ecclesiaꝝ ꝓsuetudines obseruare: tunc nõ ꝑ ipsos presbyteros cum in ꝓpria causa esse nequeant iudices, sed ꝑ epm seu eius officialem debet sentẽtiari de plano ⁊ de hoc veritate cognita ad earundẽ obseruationẽ ꝑ censurã ecclesiasticã compellãtur. Preterea archidiacoꝝ locoꝝ seu decani rurales si ꝓ sacris liquoribus vel crismate ã oleo: per se vel per alios presumpserint aliquid extorquere suis beneficijs perpetue spolientur.

De vsuris et vsurarijs. Capitulũ vndecimum.

V Surariorꝝ prauitatem que plerunq; mercatorꝝ famam inq̃nant: dum sub mercature velamine diuersis admuẽtis fraudibus plus secum ꝓtrahentes damnificant q̃ illi qui nullo quesito colore directe ad vsuras detegere cupientes: ⁊ ne in hmõi ignorantia simulatione circa hec possunt pretendere ⁊ suos errores friuolis rationibus excusare. Declaramus ⁊ dicimus q cuz vsura tm̃ cõmittatur in mutuo. Mutuuz autẽ tm̃ in hijs rebus consistit q̃ determinãtur numero pondere ⁊ mensura. Non solum is qui exp̃s/se hmõi rem ex pacto, vel principaliter ea spe mutuat, vt aliqd emolimentum tpale vltra sortẽ recipiat: sed etiam q̃ q̃tumcunq; sit parum, siue fructus siue ꝓuentus rei pignorate in sortem nõ cõputat

vsurari⁹ ē cēsendus. Sz ⁊ ille q̄ mercē q̄cunqz vēditiōis tp̄e q̄ cōi estimatiōi min⁹ valz q̄z tunc vēditurus erat caruis vēdit solutionis p̄cium deferēs. ⁊ q̄ soluit p̄tium cuiuscunqz empte rei ꝓ maiore q̄z tunc valet lucri causa eius rei traditiōe dilata ad terminum in q̄ cōstat ip̄am rē pl⁹ valere vsurarij sunt cēsendi Et q̄ tales eē ꝓbari p̄nt ad notitiā diocesani vl' ip̄oꝝ offitialium deferātur: vt ꝑ eoꝝ cēsurā ad restitutionē vsure ipsoꝝ. ⁊ eoꝝ heredes districtione canonica cōpellātur. Confessores autē in foro anime tales ad restitutionē inducant efficaciter si suaꝝ animaꝝ dānationē cupiunt euitare. Sane si q̄s in illum errorē inciderit. vt ꝑtinaciter p̄sumat affirmare vsuras exercere nō esse peccatum ille velut hereticus cōdēnetur. Precipue autē plebanus locorum. ⁊ ille qui habet offitium predicandi saltem semel singulis septimanis aut mensibus statutuz presens exponat vulgariter ac eos salubrib⁹ inducat monitis: vt abstineant a fraudibus ⁊ crimine vsuraꝝ et innotescant omnibus ⁊ in remediuz animarum suarum iniungant: vt ipsi in nostro seu suffraganeorum nostroꝝ consistorio aliquo de predictis modis repetant. ⁊ si nondum soluerunt sed soluere promiserunt a promisso se et suos fideiussores absolui petant.

Vsurarius hereticus

De verborum significatione. Capitulnm. XII.

1 Intelligentia ex causis dicendi assumenda est verborum. q̄a non sermoni res: sed rei sermo est subiectus. Verba in communi vsu sunt intelligenda. Dubia in meliorem partez sunt interpretanda. Utilius scandalum nasci ꝑmittitur q̄z veritas relinquitur. Necessitas licitum facit qd̄ in lege licitum nō habetur. Res sacre a quocunqz violari non debēt. Nō iuste facit qui a timore seruili aliquid facit. Defleat reus peccata: quia offendens in vno fact⁹ est omnium reus. Non pōt esse pastoris excusatio si lupus oues comedit et pastor nescit ⁊c̄.

De iudeis ⁊ eorum famulis. Capitulum. XIII.

e Et si iudeos quos ꝓpria culpa perpetue seruituti subiecit. pietas christiana acceptat et sustentat cohabitationem eoruz Ingrati tamē esse non debent: vt reddant christianis contumeliam: et de familiaritate contemptum et illam retributionem rependant quā iuxta vulgare prouerbium. Mus in pera: serpens in gremio et ignis in sinu suis hospitibus consueuerunt exhibere. Accepimus autem ꝙ iudei christianas puerorum suoruz nutrices. qd̄ non tm̄ dicere: sed nephandum est cogitare: cuz illas corpus ⁊ san

guinem domini nostri Jesu christi contingit accipere per triduum anteq̄ eos lactent lac effundere eas faciunt in laternam. Alia insuper contra fidem catholicam detestabilia ⁊ mandata committuntur propter que fidelibus est verendum ne diuinam indignationem incurrant quando perpetrare sustineant que fidei nostre confusionem inducant. Inhibemus ergo districte ne decetero nutrices vel obstitrices aut seruitrices habeant christianas ne ipsas ex familiaritate sua ad sue infidelitatis errorem pertrahant ⁊ inducant. Et ne filie liberę filijs famulentur ancille sed tanq̄ serui a domino reprobati ī cuius mortem nequiter coniurauerunt se saltem per effectum operis illorum seruos ⁊ famulos recognoscant: quos christi mors liberos ⁊ illos perpetue effecit seruos. Si vero hac prohibitione nostra: ymmo verius ampliato contemptu nutrices ⁊ obstitrices: et aliam familiam non dimiserint christianam. Episcopi locorum sub excōmunicationis inhibeant pena districte omnibus christianis ne cum iudeis commune aliquid audeant exercere. Item in die parasceue die dominice passionis Christi Judei in publicum non prodeant: et per totam ipsam diem sua hostia et fenestras suas clausas teneant: ne christianorum conspectui qui tunc sacratissime memoriam exhibentes passionis: lamentationis signa pretendunt per suas derisiones et blasphemias in contumeliam prosiliant creatoris.

Judei nō ꝓficiant̄ alicui publico offitio.

Nulli etiam iudeorum perfruantur offitio aliquo publico. Si autem hoc commiserint excommunicationis sententia enodentur. Ideo vero officiali tamdiu Christianorum communio in conuiuiis et alijs denegetur: donec pauperum Christianorum secundum prudentiam dyocesani Episcopi conuertent: quicquid fuit Judeus adeptus exactione offitij publici sic susceptj et offitium cum pudore Judeus dimittat quod irreuerenter assumpsit. Sinagogas nouas nullatenus construant. sed antiquas si corruant: aut ruinam minantur reformare poterint. Non autem eas exaltent aut ampliores et pretiosiores quam ante fuisse dinoscuntur faciant. Quod vtiq̄ pro magno debent habere q̄ in veteribus sinagogis et suis obseruantijs misericorditer tollerantur. Ad baptismum non cogātur inuiti: nec in personis nec in suis rebus sine iuditio puniantur: nec in suis festiuitatibus perturbentur nec eor̄ cemiteria per exhumationem corporum: vel aliter violentur: Quia vero similitu-

Sūme Raymūdi. De vita ⁊ honestate clericoꝝ

